

## CAPUT VIII.<sup>1</sup>

*Inde Iesus perrexit in montem Oliveti.*<sup>2</sup>

Mons quippe Oliveti sublimitatem Dominicæ pietatis et misericordiæ designat, quia et Græce ἔλαιος misericordiæ, oleum vocatur ἔλαιον, et ipsa unctio olei fessis ac dolentibus membris solet adferre levamen. Sed et hoc,

quod oleum et virtute ac puritate præminet, et quemcunque ei liquorem superfundere volueris, confestim hunc transcendere, eique superferri consuevit, gratiam misericordiæ coelestis non inconvenienter insinuat, de qua scriptum est: *Suavis Dominus universis, et miserationes ejus super omnia opera ejus* (Psal. CXLIV). Tempus quoque diluculi, exortum ejusdem gratiæ, quia remota legis umbra, lux Evangelicæ veritatis erat revelanda, demonstrat.

Pergit ergo Iesus in montem Oliveti, ut arcem misericordiæ in se constare denuntiet.

Venit iterum diluculo in templum,<sup>3</sup>

ut eandem misericordiam cum incipiente Novi Testamenti<sup>4</sup> lumine, fidelibus, templo videlicet suo, pandendam præbendamque significet.

*Et omnis, inquit, populus venit ad eum, et sedens docebat eos.*<sup>5</sup>

Sessio Domini, humilitatem incarnationis, per quam nobis misereri dignatus est, insinuat. Bene autem dicitur,

quia cum sedens doceret Iesus, omnis populus venit ad eum: quia postquam humilitate suæ incarnationis proximus hominibus factus est, libentius est a multis ejus sermo receptus. A multis, inquam, est ejus sermo receptus,

et a pluribus est superba impietate contemptus. *Audierunt enim mansueti, et lætati sunt* (Psal. XXXIII)<sup>6</sup>.

*Denique Judæi tentantes adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam.*<sup>7</sup>

Interrogantes quid de ea fieri juberet, quoniam Moyses talem lapidare mandaverat (Levit. XX): ut si et ipse hanc lapidandam decerneret, deriderent eum quasi misericordiæ quam semper docebat, oblitum;

si lapidari vetaret, striderent in eum dentibus suis,

et quasi fautorem scelerum, legique contrarium velut merito damnarent.

*Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.*<sup>8</sup> Per inclinationem Jesu, humilitas: per digitum, qui articulorum compositione flexibilis est, et subtilitas discretionis exprimitur. Porro, per terram, cor humanum, quod vel bonarum vel malarum actionum solet reddere fructus, ostenditur. Postulatus ergo Dominus judicare de peccatrice, non statim dat judicium, sed prius se inclinans deorsum, **digito scribit in terra**<sup>9</sup>; ac sic demum cum obnixè rogatur judicat: nos videlicet typice instituens,

ut cum quaelibet proximorum errata conspiciamus, non haec ante reprehendendo judicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reversi, digito eam discretionis solerter exculpamus; et quid in ea Conditore placeat, quidve displiceat, sedula examinatione dirimamus, juxta illud Apostoli: *Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne et tu tenteris* (Galat. VI)<sup>10</sup>.

## CAPO 8

*Gesù si avviò verso il monte degli Ulivi.*

Senza dubbio il monte Oliveto indica la sublimità della pietà e della misericordia del Signore, perché in greco ἔλαιος è misericordia, olio è detto ἔλαιον, e la stessa unzione con olio sulle membra spossate e dolenti suole apportare sollievo. Ma anche per il fatto che l’olio predomina per virtù e purezza, e qualunque liquido tu voglia versarvi sopra, è solito trascenderlo immediatamente e a sovrapporglisi, non è sconveniente che simboleggi la grazia della misericordia celeste, della quale è scritto: *Buono è il Signore verso tutti, la sua tenerezza si espande su tutte le creature*. (Sal 144, 9). Il tempo dell’alba, poi, rappresenta il sorgere della grazia stessa perché, rimossa l’ombra della legge, doveva essere rivelata la luce della verità evangelica. Si dirige dunque Gesù al monte Oliveto, per annunciare che la rocca della misericordia consiste in lui.

*All’alba si recò di nuovo nel tempio,*

per significare che la stessa misericordia, all’incipiente luce del Nuovo Testamento, doveva essere fatta conoscere ed essere offerta ai fedeli, naturalmente nel suo tempio.

*E tutto, disse, il popolo andava da lui. Ed egli sedette e si mise a insegnare loro.*

Che il Signore si sieda simboleggia l’umiltà dell’incarnazione, per mezzo della quale si è degnato di usarci misericordia. È poi ben detto che, quando Gesù, sedendo, insegnava, tutto il popolo venne a lui; perché, dopo che con l’umiltà della sua incarnazione si è fatto prossimo agli uomini, più volentieri la sua predicazione è recepita da molti. Da molti, voglio dire, è recepita la sua predicazione, e da ancor più è disprezzata con superba empietà. *I poveri, infatti, ascoltarono e si rallegrarono*. (Sal 33, 3).

Allora i Giudei per tentarlo *condussero una donna sorpresa in adulterio*.

Chiedevano che cosa ordinasse di fare, poiché Mosè aveva comandato di lapidare una [donna] tale (cfr Lv 20, 10): così che, se pure egli avesse stabilito di lapidarla, lo avrebbero deriso quasi fosse dimentico della misericordia che sempre insegnava; se avesse vietato di lapidarla, avrebbero digrignato i loro denti contro di lui, e lo avrebbero meritatamente condannato quasi fautore di scelleratezze, e come contrario alla legge.

*Ma Gesù si chinò e si mise a scrivere col dito per terra*. Con il chinarsi di Gesù viene espressa l’umiltà; col dito che, essendo composto di articolazioni, è flessibile, anche la sottigliezza del discernimento. Poi, con la terra, è mostrato il cuore umano, che suole produrre i frutti delle buone o cattive azioni. Dunque, il Signore, richiesto di giudicare la peccatrice, non dà subito il giudizio, ma prima, chinandosi verso il basso, col dito scrive in terra, e solo allora – richiesto con insistenza – giudica; offrendoci così certamente un canone di comportamento, affinché, quando vediamo cose sbagliate nel prossimo, non le giudichiamo anzitutto col rimbrotto, quanto, rivolti alla nostra coscienza, col dito del discernimento la indaghiamo con solerzia, e dirimiamo con diligente esame cosa in essa piaccia al Creatore, e cosa dispiaccia, secondo quanto [dice] l’Apostolo: *Fratelli, se uno viene sorpreso in qualche colpa, voi, che avete lo Spirito, correggetelo con spirito di dolcezza. E tu vigila su te stesso, per non essere tentato anche tu*. (Gal 6, 1).

## TRACTATUS XXXIII- sequentia

**3.** *Inde Iesus perrexit in montem:* in montem autem Oliveti,

in montem fructuosum, in montem unguenti, in montem chrismatis. Ubi enim decebat docere Christum, nisi in monte Oliveti? Christi enim nomen a chrismate dictum est: chrisma autem græce, latine unctio nuncupatur. Ideo autem nos unxit, quia luctatores contra diabolum fecit.

*Et diluculo iterum venit in templum,*

*et omnis populus venit ad eum, et sedens docebat eos.*

Et non tenebatur, quia nondum pati dignabatur.

### Veritas, mansuetudo et iustitia.

**4.** Nunc iam attendite, ubi ab inimicis tentata sit Domini mansuetudo.

*Adducunt autem illi Scribæ et Pharisei mulierem in adulterio deprehensam,*

*et statuerunt eam in medio; et dixerunt ei: Magister, haec mulier modo deprehensa est in adulterio. In Lege autem Moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare: tu ergo quid dicis? Haec autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum.* Unde accusare?

Numquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur? Quid est ergo, *tentantes eum, ut possent accusare eum?* Intellegemus, fratres, admirabilem mansuetudinem in Domino præeminuisse. Animadverterunt eum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum: de illo quippe fuerat ante prædictum: *Accingere gladio tuo circa femur tuum, potentissime; specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna: propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam*. Ergo attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut liberator, iustitiam ut cognitor. Propter hæc eum esse regnaturum in Spiritu sancto propheta prædixerat. Cum loqueretur, veritas agnoscebatur: cum adversus inimicos non moveretur, mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, id est de veritate et mansuetudine eius, inimici livore et invidia torquerentur; in tertio, id est iustitia, scandalum posuerunt. Quare? Quia Lex iusserat adulteros lapidari; et utique Lex quod iniustum erat iubere non poterat: si quis aliud diceret quam Lex iusserat, iniustus deprehenderetur. Dixerunt ergo apud semetipsos: Verax putatur, mansuetus videtur; de iustitia illi quaerenda calumnia est. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, dicamus quid de illa in Lege præceptum sit: si eam iusserit lapidari, mansuetudinem non habebit; si eam dimitti censuerit, iustitiam non tenebit. Ut autem mansuetudinem, inquit, non perdat, in qua iam populis amabilis factus est, sine dubio eam dimitti debere dicturus est. Hinc nos invenimus accusandi occasionem, et reum facimus tamquam Legis prævaricatorem: dicentes ei: Hostis es Legis, contra Moysen respondes, imo contra eum qui per Moysen Legem dedit; reus es mortis, cum illa et tu

<sup>1</sup> Come già osservato, pure questa prima sezione del cap. VIII, dedicata alla pagina dell’Adultera, fa eccezione rispetto al resto dell’intero testo per la quasi assoluta indipendenza rispetto alla parallela omelia di Agostino (om. 33). Ne rispetta lo schema complessivo, ma è del tutto autonoma nella stesura del testo; anche le citazioni scritturistiche mostrano chiaramente di attingere ad una versione assai diversa da quella usata da Agostino.

<sup>2</sup> Gv 8, 1.

<sup>3</sup> È citazione testuale di Gv 8, 2 Vulg.: “et diluculo iterum venit in templum,”; in italiano lo evidenzio col corsivo. NCEI traduce: “Ma al mattino si recò di nuovo nel tempio”, seguendo VulgN: “Diluculo autem iterum venit in templum,”.

<sup>4</sup> Sic. Si tratta di evidente errore di stampa.

<sup>5</sup> Gv 8, 2.

<sup>6</sup> Sal 33, 3 Vulg.: “audiant mansueti, et lætentur.”. Il tempo dei verbi è stato piegato ai fini del commento. Quanto alla traduzione, non sono certissimo che “mansueti” siano i poveri, ma non mi sembra dirimente nel contesto del commento.

<sup>7</sup> Gv 8, 3 Vulg.: “Adducunt autem scribæ et pharisæi mulierem in adulterio deprehensam:”. In Sabatier non ho trovato testimoni per la versione presentata da Beda; “tentantes” è presente in Vulg. subito dopo, al v. 6. In italiano adeguo la traduzione NCEI e non evidenzio col corsivo il passo differente.

<sup>8</sup> Gv 8, 6.

<sup>9</sup> Segnalo questa locuzione, presente in Agostino in questo stesso trattato 33 al §5 non molto oltre, benché il contesto del commento diverga.

<sup>10</sup> Gal 6, 1 Vulg.: “... in spiritu lenitatis, ...”; VL: “... in spiritu mansuetudinis, ...”.

*Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se, et dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.*<sup>11</sup>

Quia hinc et inde Domino Scribae et Pharisei tendebant laqueos iasidiarum, putantes eum vel immisericordem futurum in iudicando, vel injustum, praevideos ille dolos, quasi fila transit aranae, iudicium iustitiae per omnia, et mansuetudinem pietatis ostendens.

Ecce temperantia miserendi: *Qui sine peccato est vestrum*. Ecce iterum iustitia iudicandi: *Primus in illam lapidem mittat*.

Ac si dixisset: Si Moyses mandavit vobis mulierem huiusmodi lapidare, videte, quia non hoc peccatores, sed justos facere praecepit. Primo vos ipsi iustitiam legis implete, et sic innocentes manibus, et mundo corde, ad lapidandam ream concurrite. Primo spiritualia legis edicta, fidem, misericordiam et charitatem perficite, et sic ad carnalia iudicanda divertite. Dato autem iudicio:

*Dominus autem*

*iterum se inclinans scribebat in terra.*<sup>12</sup>

Et quidem iuxta morem consuetudinis humanae potest intelligi, quod ideo Dominus coram tentatoribus improbis inclinari, et in terra scribere voluerit, ut alio suum vultum intendens, liberum eis daret exire, quos sua responsione percussos, citius exituros, quam plura interrogaturos esse praeviderat.

*Denique audientes, unus post unum exibant, incipientes a senioribus.*<sup>13</sup> Sed figurate nos admonet, quod et ante datam et post datam sententiam inclinans scripsit in terra, ut et prius quam peccantem proximum corripiamus, et postquam debitae castigationis illi ministerium reddiderimus, nos ipsos digna humilitatis investigatione perpendamus: ne forte aut eisdem quae in ipsis reprehendimus, aut aliis quibuslibet simus facinoribus irretiti: sicut forte fieri poterit, ut qui homicidam reum mortis esse iudicaverit, ipse in seipso per odium fraternae mortis reus esse ante oculos Conditoris inveniatur; similiter qui fornicationis crimen in fratre accusat, in seipso superbiae facinus non videat (*Joan. III*)<sup>14</sup>. Ideo iubetur iudex alieni criminis digito discretionis in corde suo describere, ne forte reus in seipso inveniatur.

*Tuttavia, poiché insistevano nell'interrogarlo, si alzò e disse loro: «Chi di voi è senza peccato, getti per primo la pietra contro di lei».*

Poiché gli Scribi e i Farisei di qui e di là tendevano al Signore i lacci delle insidie, reputando che egli sarebbe stato privo di misericordia nel giudicare, o ingiusto, egli, prevedendo gli inganni, tracciò delle righe sulla sabbia, mostrando un giudizio di giustizia per ogni cosa, e la mansuetudine della pietà. Ecco la temperanza dell'essere misericordiosi: *Chi di voi è senza peccato*. Ecco poi la giustizia nel giudicare: *getti per primo la pietra contro di lei*. Come se avesse detto: Se Mosè vi ha comandato di lapidare una donna di questo genere, vedete che l'ha ordinato perché vi ha fatto non peccatori, ma giusti.<sup>18</sup> Per prima cosa voi stessi adempite la giustizia della legge, e così, con mani innocenti, e cuore mondo, concorrete a lapidare la rea.

Prima compite le norme spirituali della legge: la fede, la misericordia e la carità, e così volgetevi a giudicare di quelle carnali. E dopo aver dato il giudizio:

Ma il Signore,

*chinatosi di nuovo, scriveva per terra.*

E certo, può essere inteso secondo l'uso dell'umana consuetudine: che il Signore si sia chinato davanti a improbi tentatori, e abbia voluto scrivere in terra, proprio perché così, volgendo il suo sguardo ad altro, desse di andarsene liberamente a quanti, toccati dalla sua risposta, aveva previsto che se ne sarebbero andati più velocemente che non continuare a interrogarlo.

*Quelli, udito ciò, se ne andarono uno per uno, cominciando dai più anziani.* Ma in modo figurato, col fatto che prima e dopo aver dato la sentenza, chinandosi, scrisse in terra, ci insegna che, prima di correggere il prossimo che pecca, e dopo che gli abbiamo reso il ministero del dovuto castigo, esaminiamo noi stessi con una degna indagine di umiltà, per non essere, per avventura, irretiti da quelle medesime cose che abbiamo ripreso in loro, o da qualsiasi altra scelleratezza; così che può magari accadere che chi ha giudicato degno di morte un colpevole di omicidio, agli occhi del Creatore sia trovato egli stesso colpevole della morte del fratello per l'odio che ha in sé; e similmente chi accusa un fratello del crimine di fornicazione, non veda in sé il peccato di superbia (cfr 1Gv 3). Pertanto il giudice del crimine altrui si imponga di mettere ordine nel proprio cuore col dito del discernimento, per non essere trovato reo in sé. Che rimedio abbiamo, quindi, per questo genere di pericoli? Come preservare la

ipso lapidandus. Posset his verbis atque his sententiis inflammari invidia, fervere accusatio, flagitari damnatio. Sed cui hoc? Perversitas rectitudini, falsitas veritati, corruptum cor cordi recto, stultitia sapientiae. Quando illi laqueos praepararent, in quos non prius ipsi caput inicerent? Ecce Dominus in respondendo et iustitiam servaturus est, et a mansuetudine non recessurus. Non est captus cui tendebatur, sed potius capti sunt qui tendebant; quia in eum qui eos posset de laqueis eruere, non credebant.

**Relicti sunt duo, misera et misericordia.**

5. Quid ergo respondit Dominus Iesus? quid respondit veritas? quid respondit sapientia? quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iustitia? Non dixit: Non lapidetur; ne contra Legem dicere videretur. Absit autem ut diceret: Lapidetur: venit enim non perdere quod invenerat, sed quaerere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte quam plenum sit iustitia, plenum mansuetudine et veritate!

*Qui sine peccato est vestrum, inquit, prior in illam lapidem mittat.*

O responsio sapientiae! Quomodo eos intromisit in se? Foris enim calumniabantur, seipsos intrinsecus non perscrutabantur: adulteram videbant, se non perspiciebant. Praevaricatores Legis Legem impleri cupiebant, et hoc calumniando; non vere, tamquam adulteria castitate damnando. Audistis, Iudaei; audistis, Pharisei; audistis, Legis doctores, Legis custodem, sed nondum intellexistis Legislatorem. Quid vobis aliud significat, cum digito scribit in terra? Digito enim Dei Lex scripta est; sed propter duos in lapide scripta est. Nunc iam Dominus in terra scribebat, quia fructum quaerebat. Audistis ergo: Impleatur Lex, lapidetur adultera: sed numquid in illa punienda: Lex implenda est a puniendis? Consideret se unusquisque vestrum, intret in semetipsum, ascendat tribunal mentis suae, constituat se ante conscientiam suam, cogat se confiteri. Scit enim qui sit: quia nemo scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Unusquisque in se intendens, peccatorem se invenit. Ita plane. Ergo aut istam dimittite, aut simul cum illa poenam Legis excipite. Si diceret: Non lapidetur adultera; iniustus convinceretur: si diceret: Lapidetur; mansuetus non videretur: dicat quod dicere debet, et mansuetus et iustus: *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat*. Haec vox iustitiae est: Puniatur peccatrix, sed non a peccatoribus; impleatur Lex, sed non a praevaricatoribus Legis. Haec vox omnino iustitiae est: qua iustitia illi tamquam trabali telo percussi, sese inspicientes et reos invenientes, *unus post unum omnes recesserunt*. Relicti sunt duo, misera et misericordia.

Dominus autem

cum eos illo telo iustitiae percussisset, nec dignatus est cadentes attendere, sed averso ab eis obtutu,

*rursum digito scribebat in terra.*

6. Relicta autem sola illa muliere, omnibusque abeuntibus, levavit oculos suos ad mulierem. Audivimus vocem iustitiae, audiamus et mansuetudinis. Plus enim, credo, territa erat illa mulier cum audisset a Domino dictum: *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat*. Illi ergo attendentes se, et abscessu ipso confessi de se, reliquerant mulierem cum grandi peccato, ei qui erat sine peccato. Et quia illa hoc audierat: *Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat*; ab illo se sperabat puniendam, in quo peccatum inveniri non poterat.

<sup>11</sup> Gv 8, 7 Vulg.: "Cum ergo perseverarent ..."; VL: "Cum autem perseverarent ...".

<sup>12</sup> Gv 8, 8. Quanto al "Dominus autem", che Beda evidenzia col corsivo come fosse citazione, in Sabatier ho riscontrato una sola vaga affinità: "Et vero Hieron. l. 2. Contra Pelag. Col. 522. A. habet: Jesus inclinans, digito ..."; pertanto in italiano non evidenzio col corsivo.

<sup>13</sup> Gv 8, 9 Vulg.: "Audientes autem ...".

<sup>14</sup> Devo confessare di non aver trovato corrispondenze in nessun versetto di Gv 3. Potrebbe essere invece il cap. 3 di 1Gv, e in tal senso emendo il testo italiano. Ma ci si potrebbe anche riferire a Mt 15, 17ss o Mc 7, 20ss, o Rm 1, 24ss o 1Cor 5, 1ss e tanti altri.

<sup>18</sup> Ho cercato di mantenere inalterato il modo di esprimersi di Beda perché anche in italiano mi è parso un bell'esempio di prosa secondo la varietà centro-meridionale della nostra lingua. Per chi avesse difficoltà, dirò che "vedete" vale "rendetevi conto", e "via ha fatto" è "vi ha ritenuto".

Quid igitur nobis in huiusmodi periculis remedii? Quid restat salutis? nisi ut cum peccantem conspicimus alium, mox inclinemur deorsum, id est, quam dejecti ex nostrae conditionis fragilitate simus, si non nos divina pietas sustentet, humiliter inspiciamus. Digito scribamus in terra, id est, discrimine solerti pensemus, an cum beato Job dicere possimus: Neque enim reprehendit nos cor nostrum in omni vita nostra<sup>15</sup>. Bene qui inclinatus scripsit in terra, erectus misericordiae verba depromit: quia quod per humanae infirmitatis societatem promisit, per divinae virtutem potentiae hominibus domum pietatis impendit.

*Erigens, inquit, se Jesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant?*

*Nemo te condemnavit? Quae dicit: Nemo, Domine.*<sup>16</sup>

Nemo condemnare ausus est peccatricem, quia in se cernere singuli coeperant, quod magis damnandum cognoscerent.

Sed quia accusantium turba prolato iustitiae pondere fugavit, videamus accusatam quanto misericordiae munere sublevet. Sequitur:

*Dixit autem Jesus:*

*Nec ego te condemnabo.*

*Vade, et amplius non peccare.*<sup>17</sup>

Quoniam misericors et pius est, praeterita relaxat:

quoniam justus est, et iustitiam diligit, ne amplius jam peccet, interdicat. Verum quia poterant dubitare aliqui an posset Jesus, quem verum hominem noverant, dimittere peccata, dignatur ipse apertius quid divinitas valeat, ostendere. Post repulsam namque tentatorum nequitiam, post solutam peccatricis culpam,

salvezza?<sup>19</sup> se non, che quando scorgiamo un altro peccatore, subito ci chiniamo in basso, cioè, che ci rendiamo umilmente conto che siamo demoliti dalla nostra condizione di fragilità, se non ci sorregge la pietà divina. Scriviamo in terra col dito, cioè, pensiamo con solerte discernimento se, col beato Giobbe, possiamo dire: *la mia coscienza non mi rimprovera nessuno dei miei giorni*. Giustamente lui che, chinato, scrisse in terra, levatosi esprime le parole della misericordia; perché quella dimora di pietà che promise per compartecipazione all’umana fragilità, l’ha spesa per gli uomini in virtù della potenza divina.

*Allora Gesù si alzò e le disse: «Donna, dove sono [coloro che ti accusavano]?*

*Nessuno ti ha condannata?».* Ed ella rispose: «Nessuno, Signore».

Nessuno ha osato condannare la peccatrice, perché ciascuno ha cominciato a guardare dentro di sé, così da conoscere cosa fosse più condannabile. Ma, dato che la turba degli accusatori, messa di fronte al peso della giustizia, fuggì, vediamo quanto l’accusata sia sollevata dal dono della misericordia. Segue:

*E Gesù disse:*

*«Neanch’io ti condanno;*

*va’ e d’ora in poi non peccare più».*

poiché è misericordioso e pio, rilascia colei che gli era stata posta davanti; poiché è giusto, e ama la giustizia, le proibisce di peccare più oltre. Invero poiché alcuni avrebbero potuto dubitare che Gesù – che avevano conosciuto come vero uomo – potesse rimettere i peccati, egli stesso si è degnato di mostrare più apertamente quanto valga la divinità. Infatti, dopo aver rigettato la nequizia dei tentatori, dopo aver sciolto la colpa della peccatrice,

Ille autem qui adversarios eius repulerat lingua iustitiae, levans in eam oculos mansuetudinis, interrogavit eam:

*Nemo te condemnavit? Respondit illa: Domine, nemo.*

Et ille:

*Nec ego te condemnabo;*

a quo te forte damnari timuisti, quia in me peccatum non invenisti. *Nec ego te damnabo.* Quid est, Domine? Favesc ergo peccatis? Non plane ita. Attende quod sequitur:

*Vade, deinceps iam noli peccare.*

Ergo et Dominus damnavit, sed peccatum, non hominem. Nam si peccatorum fautor esset, diceret: Nec ego te damnabo; vade, vive ut vis: de mea liberatione esto securus; ego quantumcumque peccaveris, te ab omni poena etiam gehennae et inferni tortoribus liberabo. Non hoc dixit.

**7.** Intendant ergo qui amant in Domino mansuetudinem, et timeant veritatem. Etenim *dulcis et rectus Dominus*. Amas quod dulcis est, time quod rectus est. Tamquam mansuetus dixit: *Tacui*: sed tamquam iustus: *Numquid semper tacebo?* *Misericors et miserator Dominus*. Ita plane. Adhuc adde, *longanimis*; adhuc adde, *et multum misericors*: sed time quod est in novissimo, *et verax*. Quos enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemntes. *An divitias longanimitatis et mansuetudinis eius contemnis, ignorans quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui et cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.*<sup>20</sup> Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus: sed et iustus Dominus, et verax Dominus. Largitur tibi spatium correctionis: sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti heri? hodie bonus esto. Et hodiernum diem in malitia peregisti? vel cras mutare. Semper exspectas, et de misericordia Dei tibi plurimum polliceris: quasi ille qui tibi per poenitentiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam prolixiore vitam. Unde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo: Quando me correxero, Deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non possumus quod correctis atque conversis indulgentiam Deus promisit. Nam in quo propheta mihi legis quia promisit correcto indulgentiam, non mihi legis quia promisit tibi Deus longam vitam.

**Inter spem et desperationem fluctuat animus.**

**8.** Ex utroque igitur homines periclitantur, et sperando et desperando, contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando qui decipitur? Qui dicit: Bonus est Deus, misericors est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet; laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria animae meae. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in gravia peccata, putantes sibi non posse iam ignosci poenitentibus, et statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud seipos: Iam damnandi sumus, quare non quod volumus facimus? animo gladiatorum ferro destinatos. Ideo molesti sunt desperati: iam enim quod timeant non habent, et vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem et desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes, et cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium: metuendum est rursus ne te occidat desperatio, et cum putas iam tibi non ignosci quae gravia commisisti, non agas poenitentiam, et incurras in iudicem Sapientiam, quae

<sup>15</sup> Gb 27, 6 Vulg.: “neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.”, cambiano il numero dei verbi. In italiano evidenzio col corsivo.

<sup>16</sup> Gv 8, 10-11. I due periodi evidenziati formano un’unica citazione. NCEI, seguendo VulgN, tralascia la traduzione di: “qui te accusabant”; provvedo ad integrare.

<sup>17</sup> Gv 8, 11. I tre stichi sono citazione di un unico versetto.

<sup>19</sup> Letteralmente: “cosa ci resta della salvezza”.

<sup>20</sup> Questo versetto è ripreso da Beda molto avanti, sempre in questo capo 8, alla fine della sezione allineata al Tractatus 36 di Agostino; è evidenziato pari colore.

omelia non utilizzata

dicit: *Et ego vestrae perditioni superridebo*. Quid ergo agit Dominus cum periclitantibus utroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit: *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te*. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit? *In quacumque die iniquus conversus fuerit, omnes iniquitates eius obliviscar*. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiae portum: propter illos qui spe periclitantur et dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniat ultimus dies, nescis. Ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigaris? Sic ergo ad istam mulierem: *Nec ego te damnabo*; sed facta segura de praeterito, cave futura. *Nec ego te damnabo*: delevi quod commisisti, observa quod praecepi, ut invenias quod promisi.

#### TRACTATUS XXXIV

*Qui sequitur me, habebit lumen vitae* (Io 8, 12).

Qui tibi lucet ut videas, ipse tibi manat ut bibas. Manens apud Patrem, veritas et vita; induens se carnem, factus est via. Surge! via ipsa ad te venit. Surge et ambula!

**1.** Quod modo audivimus et intenti accepimus, cum sanctum Evangelium legeretur, non dubito quod omnes etiam intellegere conati sumus: et quisque nostrum de re tam magna quae lecta est, pro suo modulo cepit quod potuit; et posito pane verbi, nemo est qui se queratur nihil gustasse. Sed iterum non dubito, quia difficile quisquam est qui totum intellexerit. Tamen etiamsi est qui omnia verba Domini nostri Iesu Christi modo ex Evangelio recitata satis intellegat; toleret ministerium nostrum, quousque, si possimus, illo adiuvente tractando faciamus ut vel omnes vel multi intellegant, quod se pauci intellexisse laetantur.

**Christus lux mundi, et apud eum est fons vitae.**

**2.** Quod ait Dominus: *Ego sum lux mundi*, clarum puto esse eis qui habent oculos, unde huius lucis participes fiant: qui autem non habent oculos nisi in sola carne, mirantur quod dictum est a Domino Iesu Christo: *Ego sum lux mundi*. Et forte non desit qui dicat apud semetipsum: Numquid forte Dominus Christus est sol iste, qui ortu et occasu peragit diem? Non enim defuerunt haeretici qui ista senserunt. Manichaei solem istum oculis carnis visibilem expositum et publicum non tantum hominibus, sed etiam pecoribus ad videndum, Christum Dominum esse putaverunt. Sed catholicae Ecclesiae recta fides improbat tale commentum, et diabolicam doctrinam esse cognoscit: nec solum agnoscit credendo, sed in quibus potest vincit etiam disputando. Improbemus itaque huiusmodi errorem, quem sancta ab initio anathematizavit Ecclesia. Non arbitremur Dominum Iesum Christum hunc esse solem quem videmus oriri ab oriente, occidere in occidente; cuius cursui nox succedit, cuius radii nube obumbrantur, qui certa de loco in locum motione commigrat: non est hoc Dominus Christus. Non est Dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.

**3.** Est ergo lux quae fecit hanc lucem: hanc amemus, hanc intellegere cupiamus, ipsam sitiamus; ut ad ipsam duce ipsa aliquando veniamus, et in illa ita vivamus, ut nunquam omnino moriamur. Ista enim lux est, de qua prophetia olim praemissa ita in Psalmo cecinit: *Homines et iumenta salvos facies, Domine; sicut multiplicata est misericordia tua, Deus*. Psalmi sancti ista verba sunt: advertite quid de tali luce antiquus sanctorum hominum Dei sermo praemiserit. *Homines, inquit, et iumenta salvos facies, Domine; sicut multiplicata est misericordia tua, Deus*. Quoniam enim Deus es, et habes multiplicem misericordiam; pervenit eadem multiplicitas misericordiae tuae, non solum ad homines quos creasti ad imaginem tuam, sed etiam ad pecora quae hominibus subdidisti. A quo enim salus hominis, ab illo salus et pecoris. Non erubescas hoc sentire de Domino Deo tuo: imo praesumas et fidas, et caveas ne aliter sentias. Qui salvum facit te, ipse salvum facit equum tuum, ipse ovem tuam; ad minima omnino veniamus, ipse gallinam tuam: *Domini est*

salus, et ista Deus salvat. Movet te, interrogas; miror quid dubitas. Dedignabitur salvare, qui dignatus est creare? Domini est salus Angelorum, hominum, pecorum; Domini est salus. Sicut nemo est a seipso, ita nemo salvus est a seipso. Proinde verissime Psalmus atque optime ait: *Homines et iumenta salvos facies, Domine. Quare? Sicut multiplicata est misericordia tua, Deus.* Tu enim es Deus, tu creasti, tu salvas: tu dedisti esse, tu das sanum esse.

**Bibe et vive.**

4. Si ergo sicut multiplicata est misericordia Dei, ab illo homines et iumenta salvantur; nonne homines habent aliquid aliud quod eis Deus praestet creator, quod iumentis non praestat? Nullane discretio est inter animal factum ad imaginem Dei, et animal subditum imagini Dei? Est plane: praeter salutem istam communem nobis cum animantibus mutis, est quod nobis praestet Deus, illis autem non praestat. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo: *Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Habentes modo salutem communem cum pecoribus suis: *Filii hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Aliam habent salutem in re, aliam in spe. Salus ista quae in praesenti est, hominibus pecoribusque communis est: sed est alia quam sperant homines; et accipiunt qui sperant, non accipiunt qui desperant. *Filii enim hominum sub tegmine, inquit, alarum tuarum sperabunt.* Qui autem perseveranter sperant, a te proteguntur, ne de spe a diabolo deiciantur: *sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Si ergo sperabunt, quid sperabunt, nisi quod pecora non habebunt? *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae; et torrente voluptatis tuae potabis eos.* Quale vinum est, unde inebriari laudabile est? quale vinum est, quod non turbat, sed dirigit mentem? quale vinum est, quod facit perpetuo sanum, non inebriando facit insanum? *Inebriabuntur.* Unde? *Ab ubertate domus tuae; et torrente voluptatis tuae potabis eos.* Unde? *Quoniam apud te fons vitae.* Ipse fons vitae ambulabat in terra, ipse dicebat: *Qui sitit, veniat ad me.* Ecce fons. Sed nos de lumine loqui coeperamus, et propositam ex Evangelio quaestionem de lumine tractabamus. Lectum est enim nobis dicente Domino: *Ego sum lux mundi.* Inde quaestio, ne quis carnaliter sapiens solem istum intellegendum putaret: venimus inde ad Psalmum, quo considerato, invenimus interim Dominum fontem vitae. Bibe et vive. *Apud te, inquit, fons vitae:* ideo sub umbraculo alarum tuarum sperant filii hominum, inebriari isto fonte quaerentes. Sed de lumine dicebamus. Sequere ergo: nam Propheta cum dixisset: *Apud te fons vitae, secutus adiunxit: In lumine tuo videbimus lumen;* Deum de Deo, lumen de lumine. Per hoc lumen factum est solis lumen: et lumen quod fecit solem, sub quo fecit et nos, factum est sub sole propter nos. Factum est, inquam, propter nos sub sole lumen quod fecit solem. Noli contemnere nubem carnis: nube tegitur, non ut obscuretur, sed ut temperetur.

5. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen sapientiae, ait hominibus: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris; sed habebit lumen vitae.* Quomodo te abstulit ab oculis carnis, et revocavit ad oculos cordis? Non enim sufficit dicere: *Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen;* addidit enim, *vitae;* sicut ibi dictum est: *Quoniam apud te fons vitae:* Videte itaque fratres mei, quomodo verba Domini cum illius psalmi veritate concordant: et ibi lumen positum est cum fonte vitae, et a Domino dictum est *lumen vitae.* In istis autem usibus corporalibus aliud est lumen, aliud fons: fontem fauces quaerunt, lumen oculi: quando sitimus quaerimus fontem; quando in tenebris sumus, quaerimus lumen; et si forte nocte sitiamus, lumen accendimus ut ad fontem veniamus. Non sic apud Deum: quod lumen est, hoc est fons; qui tibi lucet ut videas, ipse tibi manat ut bibas.

6. Videtis ergo, fratres mei, videtis, si intus videtis, quale hoc lumen est de quo Dominus dicit: *Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris.* Sequere istum solem, videamus si non ambulabis in tenebris. Ecce oriundo exit ad te: ille cursu suo ad occidentem pergat; tibi forte ad orientem profectio est: nisi tu in contrariam partem pergas, non qua ille tendit, sequendo eum profecto errabis, et pro oriente occidentem tenebis. Tu eum in terra si sequaris, errabis: nauta si

eum in mari sequatur, errabit. Postremo videtur tibi sequendum esse solem, et tendis etiam ipse ad occidentem, quo et ille tendit: videamus cum occiderit, si non ambulabis in tenebris. Vide quemadmodum etsi nolueris eum tu deserere, ipse te deseret, servitutis suae necessitate peragens diem. Dominus autem noster Iesus Christus interim et cum per carnis nubem non omnibus apparebat, per sapientiae potestatem omnia tenebat. Deus tuus ubique totus est: si non ab illo facias casum, nunquam a te ipse facit occasum.

**A quo petis Deum, nisi a Deo?**

**7.** *Qui ergo me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris; sed habebit lumen vitae.* Quod promisit, futuri temporis verbo posuit: non enim ait, habet; sed, *habebit*, inquit, *lumen vitae*. Nec ait tamen, qui sequetur me; sed, *qui sequitur me*. In eo quod facere debemus, praesens tempus posuit: quod autem promisit facientibus, futuri temporis verbo significavit. *Qui sequitur habebit*. Modo sequitur, post habebit: modo sequitur per fidem, post habebit per speciem. *Quamdiu enim sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Quando per speciem? Cum habuerimus lumen vitae, cum ad illam visionem venerimus, quando nox ista transierit. De illo quippe die qui exorturus est, dictum est: *Mane astabo tibi, et contemplabor.* Quid est, *mane*? Transacta nocte saeculi huius, transactis terroribus tentationum, superato illo leone qui nocte rugiens circuit, quem devoret quaerens. *Mane astabo tibi, et contemplabor.* Nunc vero quid putamus, fratres huic tempori congruere, nisi quod rursus in Psalmo dicitur: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo?* Per singulas noctes, inquit, flebo: desiderio lucis ardebo. Videt Dominus desiderium meum; quoniam dicit illi alter psalmus: *Ante te est omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus.* Desideras aurum? videri potes; quaerens enim aurum manifestus eris hominibus. Desideras frumentum? interrogas qui habeat; cui et cupiens pervenire ad id quod desideras, indicas. Desideras Deum? quis videt, nisi Deus? A quo enim petis Deum, sicut panem, sicut aquam, sicut aurum, sicut argentum, sicut frumentum? A quo petis Deum, nisi a Deo? Ipse petitur a seipso, qui promittit seipsum. Extendat anima cupiditatem suam; et sinu capaciore quaerat comprehendere *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Desiderari potest, concupisci potest, suspirari in illud potest: digne cogitari, et verbis explicari non potest.

**8.** Ergo, fratres mei, quoniam Dominus breviter ait: *Ego sum lux mundi; qui me sequitur, non ambulabit in tenebris; sed habebit lumen vitae:* quibus verbis aliud est quod iussit, aliud quod promisit: faciamus quod iussit, ne impudenti fronte desideremus, quod promisit; ne dicat nobis in iudicio suo: *Fecisti enim quod iussi, ut expetas quod promisi?* Quid ergo iussisti, Domine Deus noster? Dicit tibi: *Ut sequereris me. Consilium vitae petisti. Cuius vitae, nisi de qua dictum est: Apud te fons vitae?* Audivit quidam: *Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo; et veni, sequere me.* Tristis abscessit, non est secutus: quaesivit magistrum bonum, interpellavit doctorem, et contempsit docentem: tristis abscessit, ligatus cupiditatibus suis; tristis abscessit, habens grandem sarcinam avaritiae super humeros suo. Laborabat, aestuabat; et qui ab illo sarcinam deponere voluit, non est sequendus putatus, sed deserendus. Postea vero quam Dominus per Evangelium clamavit: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam; tollite iugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde:* quam multi fecerunt audito Evangelio, quod ex ore ipsius auditum dives ille non fecit? Ergo modo faciamus, sequamur Dominum; solvamus compedes quibus impedimur sequi. Et quis idoneus solvere tales nodos, nisi ille adiuvet cui dictum est: *Disrupisti vincula mea?* De quo alius psalmus dicit: *Dominus solvit compeditos, Dominus erigit elisos.*

**9.** Et quid sequuntur soluti et erecti, nisi lumen a quo audiunt: *Ego sum lumen mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris?* quia Dominus illuminat

caecos. Illuminamur ergo modo, fratres, habentes collyrium fidei. Praecessit enim eius saliva cum terra, unde inungeretur qui caecus est natus. Et nos de Adam caeci nati sumus, et illo illuminante opus habemus. Miscuit salivam cum terra: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*. Miscuit salivam cum terra; ideo praedictum est: *Veritas de terra orta est*: ipse autem dixit: *Ego sum via, veritas et vita*. Veritate perfruemur, cum viderimus facie ad faciem; quia et hoc promittitur nobis. Nam quis auderet sperare quod Deus non dignatus esset vel polliceri vel dare? Videbimus facie ad faciem. Apostolus dicit: *Nunc scio ex parte, nunc in aenigmate per speculum, tunc autem facie ad faciem*. Et Ioannes apostolus in Epistola sua: *Dilectissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est*. Haec est magna promissio; si amas, sequere. Amo, inquis; sed qua sequor? Si dixisset tibi Dominus Deus tuus: Ego sum veritas et vita; desiderans veritatem, concupiscens vitam, viam qua ad haec pervenire posses profecto quaereris, et diceres tibi: Magna res veritas, magna res vita; si esset quomodo illuc perveniret anima mea! Quaeris qua? audi eum dicentem primo: *Ego sum via*. Antequam diceret tibi quo, praemisit qua: *Ego sum*, inquit, *via*. Quo via? *Et veritas et vita*. Primo dixit qua venias, postea dixit quo venias. Ego sum via, ego sum veritas, ego vita. Manens apud Patrem, veritas et vita; induens se carnem, factus est via. Non tibi dicitur: Labora quaerendo viam, ut pervenias ad veritatem et vitam; non hoc tibi dicitur. Piger, surge; via ipsa ad te venit, et te de somno dormientem excitavit, si tamen excitavit: surge, et ambula. Forte conaris ambulare, et non potes, quia dolent pedes. Unde dolent pedes? an iubente avaritia per aspera cucurrerunt? Sed Dei Verbum sanavit et claudos. Ecce, inquis, sanos habeo pedes, sed ipsam viam non video. Illuminavit et caecos.

**10.** Hoc totum per fidem, quamdiu peregrinamur a Domino, manentes in corpore: cum autem perambulaverimus viam, et ad ipsam patriam venerimus, quid erit nobis laetius? quid erit nobis beatius? Quia nihil pacatius: nihil enim adversus hominem rebellabit. Nunc vero, fratres, difficile sine rixa sumus. Ad concordiam quidem vocati sumus, iubemur pacem habere inter nos; ad hoc conandum est, omnibusque nitendum viribus, ut aliquando veniamus ad perfectissimam pacem: modo autem litigamus plerumque cum eis quibus consulere volumus. Ille errat, tu vis ducere ad viam; resistit tibi, litigas: resistit paganus, disputas contra errores idolorum et daemoniorum: resistit haereticus, disputas contra alias doctrinas daemoniorum: malus catholicus non vult bene vivere, corripis etiam interiorem fratrem tuum: tecum manet in domo, et perditas vias quaerit; aestuas quomodo corrigas, ut de illo bonam rationem Domino amborum reddas. Quantae undique rixarum necessitates? Plerumque homo taedio affectus, dicit apud semetipsum: Quid mihi est pati contradictores, pati eos qui reddunt mala pro bonis? Ego volo consulere, illi volunt perire: consumo vitam meam litigando; pacem non habeo: inimicos insuper facio, quos amicos habere deberem, si benevolentiam consulentis attenderent: quid mihi est ista perpeti? redeam ad me, mecum ero, Deum meum invocabo. Redi ad teipsum, ibi invenis rixam: si coepisti Deum sequi, ibi invenis rixam. Quam rixam, inquis, invenio? *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem*. Ecce tu ipse es, ecce tu solus es, ecce tecum es, ecce alium nullum hominem pateris: sed vides aliam legem in membris tuis, repugnantem legi mentis tuae, et captivantem te in lege peccati, quae est in membris tuis. Exclama ergo, et a rixa interiore clama ad Deum, ut tibi pacificet te: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*. Quia qui me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris; sed habebit lumen vitae. Finita tota rixa, immortalitas consequetur, quia *novissima inimica destruetur mors*. Et qualis pax erit? *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem*. Quo ut veniamus, quia tunc erit in re, nunc sequamur in spe eum qui dixit: *Ego sum lux mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris;*

*sed habebit lumen vitae.*

## TRACTATUS XXXV

*Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum* (Io 8, 13-14). Sapientia Dei, Verbum Dei, Dominus Iesus Christus ubique praesens est; quia ubique est veritas, ubique est sapientia. Sed talis venit ut oporteret ei lucernam testimonium perhibere. Lucernae, id est prophetiae, perhibent testimonium diei propter infirmitatem nostram, quia diei claritatem tolerare et videre non possumus.

1. De verbis Domini nostri Iesu Christi, ubi ait:

*Ego sum lux mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris; sed habebit lumen vitae,*

hesterno die qui adfuitis, diu disputatum esse meministis: et si adhuc velimus de illo lumine disputare, diu loqui possumus; nam non possumus explicare compendio.

Itaque, fratres mei, sequamur Christum lumen mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebrae metuendae sunt, morum, non oculorum:

et si oculorum, non exteriorum, sed interiorum, unde discernitur non album et nigrum, sed iustum et iniustum.

2. Cum haec ergo dixisset Dominus noster Iesus Christus, responderunt Iudaei: *Tu de te testimonium dicis; testimonium tuum non est verum.* Antequam veniret Dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit et misit. De his etiam erat Ioannes Baptista, cui tam magnum ipsum lumen, quod est Dominus Christus, perhibuit testimonium, quale nulli hominum: ait enim: *In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Hic tamen, quo nemo erat maior in natis mulierum, dicit de Domino Iesu Christo: *Ego quidem baptizo vos in aqua; qui autem venit, fortior me est, cuius non sum dignus calceamentum solvere.* Videte quemadmodum se lucerna diei submittat.

Lucernam vero ipsum Ioannem fuisse Dominus ipse testatur: *Ille erat, inquit, lucerna ardens et lucens; et vos voluistis ad horam exsultare in lumine eius.*

Quando autem dixerunt Iudaei Domino: *Dic nobis, in qua potestate ista facis,* sciens Dominus quia Ioannem Baptistam pro magno haberent, et quod ipse quem pro magno habebant, eis de Domino testimonium perhibuisset, respondit eis: *Interrogabo et ego vos unum sermonem: dicite mihi, Baptismus Ioannis unde est? de coelo, an ex hominibus?* Turbati illi intra semetipsos cogitabant, quia si dicerent: Ab hominibus, lapidari possent a turba, quae Ioannem prophetam esse credebat: si dicerent: De coelo, responderet eis: Ille quem confitemini de coelo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, et ab illo audistis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt ergo, quodlibet horum respondissent, in laqueum se casuros; et dixerunt: *Nescimus.* Et Dominus eis: *Nec ego dico vobis, in qua potestate ista facio.* Non vobis dico quod scio, quia non vultis fateri quod scitis. Iustissime utique repulsi, confusi abscesserunt: et impletum

*Iterum locutus est,*<sup>21</sup>

*Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lucem vitae.*<sup>22</sup>

Ubi manifeste docet non solum qua auctoritate mulieri peccata dimiserit, sed etiam quod ipse sit vera lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.<sup>23</sup> Cujus perpetuum splendorem humana fragilitas videre non potuisset,

nisi nube carnis tegeretur,

per quam quasi per quoddam lucidissimum speculum, divini luminis claritas humanis mentibus innotesceret:

quae fide purganda est, ut tanti luminis aspectu digna efficiatur. Unde secutus ait: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.*

Qui meis modo jussis et exemplis obsequitur, uon timebit in futuro tenebras damnationis, sed lucem potius vitae, ubi nunquam prorsus moriatur, habebit.

Itaque, fratres mei, sequamur Christum lumen mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebrae metuendae sunt, morum, non oculorum;

et si oculorum, non exteriorum, sed interiorum, unde discernitur non album et nigrum, sed iustum et iniustum.

Cum ergo dixisset Dominus noster Iesus Christus:

*Responderunt Iudaei: Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est verum.*<sup>24</sup> Antequam veniret Dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit et misit. De his erat etiam Joannes Baptista,

cui tam magnum ipsum lumen quod est Christus, perhibuit testimonium, quale nulli hominum. Ait enim: *In natis mulierum non surrexit maior Joanne Baptista* (Matth. XI)<sup>25</sup>. Hic tamen, quo nemo erat maior in natis mulierum, dicit de Domino nostro Jesu: *Ego quidem baptizo vos in aqua, qui autem venit post me, fortior me est: cuius non sum dignus calceamentum solvere* (Joan. I)<sup>26</sup>. Videte quemadmodum se lucerna diei submittat. Lucernam vero ipsum Joannem fuisse Dominus ipse testatur.

*Ille erat, inquit, lucerna ardens et lucens; et vos voluistis ad horam exsultare in lumine ejus.*<sup>27</sup>

*Di nuovo [...] disse:*

*«Io sono la luce del mondo; chi segue me, non camminerà nelle tenebre, ma avrà la luce della vita».*

Dove palesemente insegna non solo con che autorità abbia rimesso i peccati alla donna, ma anche che egli è *la luce vera, che illumina ogni uomo che viene in questo mondo.*

Di lui l'umana fragilità non avrebbe potuto vedere il perpetuo splendore, se non fosse stato coperto da una nube di carne, per mezzo della quale, quasi per un qualche lucidissimo specchio, lo splendore della luce divina potesse rendersi noto alle menti umane; ed essa deve essere purificta dalla fede, affinché sia resa degna della vista di tanta luce. Per cui di seguito dice: *chi segue me, non camminerà nelle tenebre, ma avrà la luce della vita.* Chi ora obbedisce ai miei comandi ed esempi, non temerà in futuro le tenebre della dannazione, ma piuttosto avrà la luce della vita, dove non morirà mai più.

Seguiamo dunque, fratelli miei, Cristo luce del mondo, per non camminare nelle tenebre. Le tenebre da temere sono quelle morali, non quelle degli occhi; e, se degli occhi, non di quelli esteriori, ma di quelli interiori, con cui si distingue non il bianco e il nero, ma il giusto e l'ingiusto.

Quando nostro Signore Gesù Cristo ebbe parlato,

i Giudei risposero: *«Tu dai testimonianza di te stesso; la tua testimonianza non è vera».* Prima di venire, nostro Signore Gesù Cristo aveva acceso e inviato davanti a sé molte lucerne profetiche. Fra queste c'era anche Giovanni Battista, cui quella luce tanto grande che è Cristo rese testimonianza come a nessuno degli uomini. Disse infatti: *fra i nati da donna non è sorto alcuno più grande di Giovanni il Battista* (Mt 11, 11). Questi tuttavia, cui nessuno era più grande fra i nati di donna, dice del nostro Signore Gesù: *Io vi battezzo nell'acqua [...]; ma colui che viene dopo di me è più forte di me e io non sono degno di sciogliergli i sandali* (Mt 3, 11). Guardate come la lucerna rende omaggio al giorno. Che proprio Giovanni fosse una lucerna lo attesta lo stesso Signore: *Egli era, dice, la lampada che arde e risplende, e voi solo per un momento avete voluto rallegrarvi alla sua luce.*

<sup>21</sup> Cfr Gv 8, 12 Vulg.: "Iterum ergo locutus est eis Iesus."

<sup>22</sup> Gv 8, 12.

<sup>23</sup> È citazione di Gv 1, 9. NCEI traduce: "Veniva nel mondo la luce vera, quella che illumina ogni uomo."; viene adeguata al commento, ed evidenziata col corsivo.

<sup>24</sup> Gv 8, 13 Vulg.: "Dixerunt ergo ei Pharisei: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum."; Sabatier in nota, oltre ad Agostino "Cantabr. *Dixerunt autem illi Pharisei: Tu de te testimonium dicis, &c.*".

<sup>25</sup> Mt 11, 11 Vulg.: "non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista."; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: "Hilar. in hunc loc. 664. c. *ex natis mulierum nullus major propheta surrexit:* [...] Auct. L. de promiss. p. 3. ap. Prosp. col. 170. c. *in natis mulierum nemo exsurrexit major Joanne Baptista.*"

<sup>26</sup> Gv 1, 26-27 Vulg.: "Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti." In realtà è citazione di Mt 3, 11 Vulg.: "Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare."; Sabatier in nota: "August. tract. 6. in Joh. 333. b. *Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, major me est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti solvere: ipse baptizabit in Sp. Sancto, & igni.* Auct. op. imp. in Matth. 3. p. 38. *Ego quidem baptizo vos in aqua ad poenitentiam: qui autem post me venit, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta solvere: ipse baptizabit vos in Sp. & igne;*". Pertanto nel testo italiano mi avvalgo della traduzione NCEI con la sostituzione di "portargli"; e cito Mt.

<sup>27</sup> Gv 5, 35 Vulg.: "Ille erat lucerna ardens, et lucens. Vos autem voluistis ad horam exsultare in luce eius."; Sabatier in nota: "Similiter habet S. Germ. cum Cantabr. sed insuper ille pro *lucens, fert volens; iste pro luce, lumine.* [...] Hilar. in Ps. 118. col. 322. e. [...] *ad horam exsultare in lumine ejus.* [Agostino in questo trattato] Maximinus loco sup. citato: [...] *Vos autem voluistis ad horam exsultare in lumine ejus.*"



Responderunt ergo Iudaei: *Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est verum (Joan. V)<sup>28</sup>*. Videamus quid audiant, audiamus et nos, sed non sicut illi; illi contemntes, nos credentes; illi Christum occidere volentes, nos per Christum vivere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesque nostras, et audiamus quid Iudaeis responderit Dominus.

*Respondit Iesus, et dixit eis: Etsi ego testimonium de me perhibeo, verum est testimonium meum, quia scio unde veni et quo vado.*<sup>29</sup> Lumen et alia demonstrat et seipsum,

Christus et se ostendit et Patrem ostendit, et de Iudaeis quid esset venturum.

Ergo ait Dominus, et verum ait: *Etsi ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium meum, quia scio unde veni et quo vado*. Patrem volebat intelligi. Patri gloriam dabat Filius; aequalis glorificat eum a quo est missus:

Risposero dunque i Giudei: «*Tu dai testimonianza di te stesso; la tua testimonianza non è vera*». (Gv 8, 13). Vediamo che cosa ascoltano; ascoltiamo anche noi, ma non come quelli: essi disprezzando, noi credendo; essi volendo uccidere Cristo, noi desiderando vivere per Cristo. Pertanto questa distanza contraddistingua le nostre orecchie e menti, e ascoltiamo cos'ha risposto il Signore ai Giudei.

*Gesù rispose loro: Anche se io do testimonianza di me stesso, la mia testimonianza è vera, perché so da dove sono venuto e dove vado*. La luce fa vedere altre cose e se stessa;

Cristo mostra sé e mostra il Padre, e cosa sarebbe capitato ai Giudei.

Pertanto il Signore parla e dice il vero: *Anche se io do testimonianza di me stesso, la mia testimonianza è vera, perché so da dove sono venuto e dove vado*. Intendeva riferirsi al Padre. Il Figlio dava gloria al Padre; [da] uguale, glorifica colui dal quale è

est quod in Psalmo per Prophetam dicit Deus Pater: *Paravi lucernam Christo meo*, id est, ipsum Ioannem; *inimicos eius induam confusione*.

**Lumen quod illuminat, et lumen quod illuminatur.**

**3.** Habebat ergo Dominus Iesus Christus testimonium Prophetarum ante se praemissorum, praekonum iudicem praecedentium; habebat testimonium a Ioanne: sed ipse maius testimonium erat, quod sibi perhibebat. Illi autem infirmis oculis lucernas quaerebant, quia diem ferre non poterant: nam Ioannes idem ipse apostolus, cuius Evangelium in manibus habemus, in ipsius Evangelii sui capite ait de Ioanne: *Erat homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per eum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum*. Si omnem, ergo et Ioannem. Unde dicit et ipse Ioannes. *Nos omnes de plenitudine eius accepimus*. Discernite ergo ista, ut proficiat mens vestra in fide Christi; ne semper infantes sitis ubera quaerentes, et a cibo solido resilientes. Debetis apud matrem sanctam Ecclesiam Christi nutriri et ablactari, et ad escas solidiores accedere, mente, non ventre. Hoc ergo discernite, aliud esse lumen quod illuminat, aliud esse quod illuminatur. Nam et oculi nostri lumina dicuntur; et unusquisque ita iurat, tangens oculos suos, per lumina sua: Sic vivant lumina mea: usitata iuratio est. Quae lumina si lumina sunt, desit lumen in cubiculo tuo clauso, pateant et luceant tibi: non utique possunt. Quomodo ergo ista in facie quae habemus, et lumina nuncupamus, et quando sana sunt, et quando patent, indigent extrinsecus adiutorio luminis; quo ablato aut non illato, sana sunt, aperta sunt, nec tamen vident: sic mens nostra, qui est oculus animae, nisi veritatis lumine radietur, et ab illo qui illuminat nec illuminatur, mirabiliter illustretur, nec ad sapientiam nec ad iustitiam poterit pervenire. Ipsa est enim via nostra iuste vivere. Quomodo autem non offendat in via, cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est, in tali via videre magnum est. Nam Tobias in facie oculos clausos habebat, et filius patri manum dabat; pater filio viam praecipiendo monstrabat.

**Testimonium sibi perhibet lux.**

**4.** Responderunt ergo Iudaei: *Tu de te testimonium dicis; testimonium tuum non est verum*. Videamus quid audiant: audiamus et nos, sed non sicut illi. Illi contemntes, nos credentes: illi occidere Christum volentes, nos per Christum vivere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesque nostras, et audiamus quid Iudaeis responderit Dominus.

*Respondit Iesus, et dixit eis: Etsi ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium meum; quia scio unde veni, et quo vado*. Lumen et alia demonstrat et seipsum.

Accendis lucernam, verbi gratia, ut quaeras tunicam, et praestat tibi ardens lucerna ut invenias tunicam: numquid accendis lucernam ut videas ardentem lucernam? Lucerna quippe ardens idonea est et alia quae tenebris operiebantur nudare, et seipsam tuis oculis demonstrare. Sic et Dominus Christus et inter fideles suos, et inimicos Iudaeos, tamquam inter lucem et tenebras distinguebat; tamquam inter illos quos radio fidei perfundeabat, et illos quorum clausos oculos circumfundeabat. Nam etiam sol iste et videntis faciem illustrat, et caeci: ambo pariter stantes, et faciem ad solem habentes illustrantur in carne, sed non ambo illuminantur in acie; videt ille, ille non videt; ambobus sol praesens est, sed praesenti soli unus est absens. Sic et Sapientia Dei, Verbum Dei, Dominus Iesus Christus ubique praesens est; quia ubique est veritas, ubique est sapientia. Intellegit quis in oriente iustitiam; intellegit alius in occidente iustitiam: numquid alia est iustitia quam ille intellegit, alia quam iste? Separati sunt corpore, et in uno habent acies mentium suarum. Quam video iustitiam hic constitutus, si iustitia est, ipsam videt iustus nescio quot mansionibus a me carne seiunctus, et in illius iustitiae luce coniunctus. Ergo testimonium sibi perhibet lux: aperit sanos oculos, et sibi ipsa testis est, ut cognoscatur lux. Sed quid agimus de infidelibus? numquid illis non est praesens? Est praesens et illis sed quibus eam videant, oculos non habent cordis. Audi de illis ex Evangelio ipso prolatam sententiam: *Et lux lucet in tenebris, et tenebrae eam non comprehenderunt*.

Ergo ait Dominus, et verum ait: *Etsi ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium meum; quia scio unde veni, et quo vado*. Patrem volebat intelligi; Patri gloriam dabat Filius. Aequalis glorificat eum a quo est missus:

<sup>28</sup> In realtà Gv 8, 13. Per testo e traduzione si veda nota poco sopra.

<sup>29</sup> Gv 8, 14 Vulg.: “Et si ego testimonium perhibeo de meipso, ...”; Sabatier in nota: “Cantabr. [...] *Etsi ego testifcor de me*, [...] Novatian. l. de Trin. p. 1044. c. legit: *Etsi ego de me testifcor*, [...] Ambros. l. 5. de fide. 573. f. *Etsi ego testimonium perhibeo de me*, [...] Faustus apud August. to. 8. col. 226. f. *Etsi ego testifcor de me*,”.

quantum debet homo glorificare eum a quo est creatus!

*Scio unde veni, et quo vado.* Iste qui in praesentia vobis loquitur, habet quod non deseruit, sed tamen venit. Non enim veniendo inde diseescit<sup>30</sup>, aut **rediendo** nos dereliquit. Quid miramini?

Deus est, non potest [*F.leg. potest, affirmative*]<sup>31</sup> hoc fieri, **sed** ab homine non potest hoc fieri. Ab ipso sol **Oriente** perguit ad Occidentem, et deserit Orientem. Non est in Oriente Dominus noster Jesus Christus, et venit; et ibi est, et rediit, et hic est.

Audi ipsum evangelistam alio loco dicentem, et si potes, cape; si non potes, crede:

*Deum, inquit, nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit (Joan. I)*<sup>32</sup>. Non dixit, Fuit in sinu Patris.

Hic loquebatur, et ibi se esse dicebat: qui et hinc discessurus quid dixit? *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (Matth. XXVIII).*

Ergo verum est testimonium luminis, sive se ostendat, sive alia: quia sine lumine non potest videri lumen, et sine lumine non potest videri quodlibet aliud quod non est lumen.

Itaque lumen et seipsum ostendit, et quae circa se sunt. Ita et Christus et seipsum ostendit, et alios illuminat, quae charitate circa se sunt, et sequuntur illum non pedum gressibus, sed charitatis officiis.

stato mandato; quanto [più] l'uomo deve glorificare colui dal quale è stato creato!

*So da dove sono venuto e dove vado.* Questi che vi parla di persona, possiede ciò che non ha [mai] lasciato, e tuttavia è venuto. Infatti venendo non si è separato di là, né ritornandovi ci lascia. Perché vi meravigliate? È Dio. Ciò non può essere fatto, ma dall'uomo non può essere fatto. Il sole dall'Oriente stesso va verso l'Occidente, e abbandona l'Oriente. Nostro Signore Gesù Cristo non è in Oriente, poi viene ed è lì, e ritorna [lassù] ed è qui.

Ascolta ciò che in altro passo dice il medesimo evangelista e, se puoi, comprendi; se non puoi, credi: *Dio, nessuno lo ha mai visto: il Figlio unigenito, che è Dio ed è nel seno del Padre, è lui che lo ha rivelato.* (Gv 1, 18). Non disse: "Era" nel seno del Padre.

Parlava qui, e diceva di essere lì; e lui, partendo di qua, che cosa ha detto? *ecco, io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo* (Mt 28, 20)<sup>33</sup>.

È dunque vera la testimonianza della luce, sia che mostri se stessa, sia altro; poiché senza la luce non puoi vedere la luce, e senza luce non puoi vedere nessun'altra cosa perché non è luce.

Pertanto la luce mostra se stessa, e ciò che le è attorno. Parimenti anche Cristo mostra se stesso, e illumina gli altri, che gli sono attorno nella carità, e lo seguono non col procedere dei piedi, ma con compiti di carità.

quantum debet homo glorificare eum a quo est creatus?

*5. Scio unde veni, et quo vado.* Iste qui in praesentia vobis loquitur, habet quod non deseruit, sed tamen venit: non enim veniendo inde discessit, aut **redeundo** nos dereliquit. Quid miramini? Deus est. Non potest hoc fieri ab homine; non potest hoc fieri ab ipso sole. **Quando** perguit ad occidentem, deserit orientem, **et donec oriturus redeat ad orientem**, non est in oriente: Dominus autem noster Jesus Christus et venit, et ibi est; et redit, et hic est.

Audi ipsum Evangelistam alio loco dicentem, et si potes, cape; si non potes, crede:

*Deum, inquit, nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Non dixit: Fuit in sinu Patris, quasi veniendo deseruerit sinum Patris.

Hic loquebatur, et ibi se esse dicebat: qui et hinc discessurus, quid dixit? *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.*

**Talis venit Dominus ut lucerna indigeret.**

**6.** Ergo verum est testimonium luminis, sive se ostendat, sive alia; quia sine lumine non potes videre lumen, et sine lumine non potes videre quodlibet aliud quod non est lumen.

Si idoneum est lumen ad demonstranda ea quae non sunt lumina, numquid in se deficit? numquid se non aperit, sine quo alia patere non possunt? Locutus est Propheta verum; sed unde haberet, nisi de fonte veritatis hauriret? Locutus est Ioannes verum; sed unde locutus est, ipsum interroga: *Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus.* Ergo idoneus est Dominus noster Jesus Christus qui sibi perhibeat testimonium. Sed plane, fratres mei, in nocte huius saeculi audiamus et prophetiam intente: modo enim ad fragilitatem nostram nocturnasque cordis nostri intimas tenebras humilis voluit venire Dominus noster. Homo venit contemnendus et honorandus, venit negandus et confitendus; contemnendus et negandus a Iudaeis, honorandus et confitendus a nobis: iudicandus et iudicaturus; iudicandus iniuste, iudicaturus iuste. Talis ergo venit, ut opereretur ei lucernam testimonium perhibere. Nam quid opus erat ut Ioannes tamquam lucerna perhiberet testimonium diei, si dies ipse ab infirmitate nostra posset videri? Sed non poteramus: infirmas factus est infirmis, per infirmitatem sanavit infirmitatem; per mortalem carnem, carnis abstulit mortem; de corpore suo collyrium fecit luminibus nostris. Quia ergo Dominus venit, et in nocte saeculi adhuc sumus, oportet ut et prophetias audiamus.

**7.** Nam de prophetia convincimus contradicentes Paganos. Quis est Christus, dicit Paganus? Cui respondemus: Quem praenuntiaverunt Prophetae. Et ille: Qui Prophetae? Recitamus Isaiam, Danielem, Ieremiam, alios sanctos Prophetas; dicimus quam longe ante illum venerint, quanto tempore adventum eius praecesserint. Hoc ergo respondemus: Praevenerunt eum Prophetae, praedixerunt eum esse venturum Respondet aliquis eorum: Qui Prophetae? Nos recitamus, qui nobis quotidie recitantur. Et ille: Qui sunt hi Prophetae? Nos respondemus: Qui et praedixerunt ea quae fieri videmus. Et ille: Vos, inquit, vobis ista finxistis, vidistis ea fieri, et quasi ventura praedicta essent, in libris quibus voluistis conscripsistis. Hic contra inimicos Paganos occurrit nobis aliorum testimonium inimicorum. Proferimus codices a Iudaeis, et respondemus: Nempe et vos et illi, fidei nostrae estis inimici. Ideo sparsi sunt per gentes, ut alios ex aliis convincamus inimicis Codex Isaiiae proferatur a Iudaeis, videamus si non ibi lego. *Sicut ovis ad immolandum ductus est, et sicut agnus coram tondente fuit sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est; livore eius sanati sumus; omnes ut oves erravimus, et ipse traditus est pro peccatis nostris.* Ecce lucerna una. Alia proferatur, Psalmus aperiatur, etiam inde praedicta passio Christi recitetur. *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea: ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestimentum meum miserunt sortem. Apud te laus mea; in Ecclesia magna confitebor tibi. Commemorabuntur et convertentur ad Dominum universi fines terrae: et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium; quia Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Erubescat unus inimicus, quia codicem mihi

<sup>30</sup> Non c'è dubbio che sia scritto così; ma non saprei a cosa riferirlo. Tuttavia l'edizione Migne non solleva dubbi. Ritengo comunque si tratti di errore di stampa e che vada emendato in "discessit", come presenta il testo di Agostino, o, forse, un "diseiecit" che non muterebbe sostanzialmente il significato.

<sup>31</sup> Mi permetto dissentire dal dubbio sollevato dall'edizione Migne. Mi sembra essere ripetizione retorica di ciò che ha appena affermato: ha appena detto che venendo in terra non si allontana dal cielo, non si separa dal Padre, e, immaginando la reazione del lettore, risponde: "perché vi meravigliate? [lui lo può fare,] è Dio; ed ecco che ripete: prima la reazione di noi lettori: non può accadere, poi la sua risposta: [è vero,] non può succedere, ma all'uomo. Spero di averlo reso intuibile nel testo mediante il ritocco della punteggiatura.

<sup>32</sup> Gv 1, 18 Vulg.: "Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit.": VL: "Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in patre: ipse enarravit nobis."

<sup>33</sup> Ho deciso di mantenere la traduzione NCEI, ma "fine del mondo" non è esattamente "consumazione del secolo / ev".

ministrat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis ab uno inimico alterum vici: et ipse qui mihi codicem protulit, non relinquatur; ab illo proferatur, unde et ipse vincatur. Lego alium prophetam, et inenio Dominum loquentem ad Iudaeos: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, nec accipiam sacrificium de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo.* Non venis, Iudaeae, ad sacrificium mundum; convinco te immundum.

**Lucernae perhibent testimonium diei.**

**8.** Ecce et lucernae perhibent testimonium diei propter infirmitatem nostram, quia diei claritatem tolerare et videre non possumus. Nam et nos ipsi Christiani in comparatione quidem infidelium lux iam sumus; unde dicit Apostolus. *Fuistis enim aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino, sicut filii lucis ambulate:* et alibi dixit: *Nox praecessit, dies autem appropinquavit: abiciamus ergo opera tenebrarum, et induamus nos arma lucis; sicut in die honeste ambulemus.* Tamen quia in comparatione illius lucis ad quam venturi sumus, adhuc nox est etiam dies in quo sumus, audi Petrum apostolum: delatam dicit Domino Christo vocem de magnifica potestate: *Tu es Filius meus dilectus, in quo bene sensi. Hanc vocem, inquit, nos de coelo audivimus delatam, cum essemus cum illo in monte sancto.* Sed quia nos non ibi fuimus, et istam vocem de coelo tunc non audivimus; ait ad nos ipse Petrus: *Et habemus certiore propheticum sermonem.* Non audistis vocem de coelo delatam, sed certiore habetis propheticum sermonem. Praevideos enim Dominus Iesus Christus impios quosdam futuros, qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuendo, Prophetas ante praemisit. Numquid enim, si magus erat et magicis artibus fecit ut coleretur et mortuus, magus erat antequam natus? Prophetas audi, o homo mortue, et vermescendo calumniose, Prophetas audi: lego, audi qui ante Dominum venerunt. *Habemus, inquit apostolus Petrus, certiore propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, sicut lucernae in obscuro loco, donec dies luceat, et lucifer oriatur in cordibus vestris.*

**Peregrinos nos esse hic sentiamus.**

**9.** Quando ergo Dominus noster Iesus Christus venerit, et, sicut dicit etiam apostolus Paulus, illuminaverit occulta tenebrarum, et manifestaverit cogitationes cordis, ut laus sit unicuique a Deo; tunc praesente tali die lucernae non erunt necessariae: non legetur nobis Propheta, non aperietur codex Apostoli, non requiremus testimonium Ioannis, non ipso indigebimus Evangelio. Ergo omnes Scripturae tollentur de medio, quae nobis in huius saeculi nocte tamquam lucernae accendebantur, ne in tenebris remaneremus: istis omnibus sublatis, ne quasi nobis luceant indigentibus, et ipsis hominibus Dei, per quos haec ministrata sunt, nobiscum lumen illud verum clarumque videntibus, remotis ergo his adiumentis quid videbimus? unde pascetur mens nostra? unde obtutus ille laetabitur? unde erit illud gaudium *quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit?* quid videbimus? Obsecro vos, amate mecum, currite credendo mecum: patriam supernam desideremus, supernae patriae suspiremus, peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tunc videbimus? Dicat nunc Evangelium: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Unde tibi ros inspersus est, ad fontem venies: unde radius per obliqua et per anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est, nudam ipsam lucem videbis, cui videndae ferendaeque mundaris. *Dilectissimi, quod et hesterno commemoravi, Ioannes ipse dicit, filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Sentio vestros affectus attolli mecum in superna: sed *corpus quod corrumpitur, aggravat animam; et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Depositurus sum et ego codicem istum, discessuri estis et vos quisque ad sua. Bene nobis fuit in luce communi, bene gavisi sumus, bene exultavimus: sed cum ab invicem recedimus, ab illo non recedamus.

## TRACTATUS XXXVI

*Vos nescitis unde venio, aut quo vado* (Io 8, 15-18).

Si Deum tantum dixeris Christum, medicinam negas qua sanatus es; si hominem tantum dixeris Christum, potentiam negas qua creatus es. Ita humilis factus ut veniret ad crucem, distulit quidem potentiam, sed publicavit misericordiam.

**1.** In quatuor Evangeliiis, vel potius quatuor libris unius Evangelii, sanctus Ioannes apostolus, non immerito secundum intellegentiam spiritalem aquilae comparatus, altius multoque sublimius aliis tribus erexit praedicationem suam; et in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam caeteri tres evangelistae, tamquam cum homine Domino in terra ambulabant, de divinitate eius pauca dixerunt: istum autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se, non solum super terram et super omnem ambitum aeris et coeli sed super omnem etiam exercitum

Angelorum, omnemque constitutionem invisibilium potestatum, et pervenit ad eum per quem facta sunt omnia, dicendo: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Huic tantae sublimitati principii etiam caetera congrua praedicavit, et de Domini divinitate, quomodo nullus alius, est locutus. Hoc ructabat quod biberat. Non enim sine causa de illo in isto ipso Evangelio narratur, quia et in convivio super pectus Domini discumbibat. De illo ergo pectore in secreto bibebat: sed quod in secreto bibit, in manifesto eructavit, ut perveniat ad omnes gentes non solum incarnatio Filii Dei, et passio, et resurrectio; sed etiam quid erat ante incarnationem Unicus Patri, Verbum Patris, coaeternus generanti, aequalis ei a quo missus est; sed in ipsa missione minor factus, quo maior esset Pater.

**Medicina qua sanati sumus, potentia qua creati sumus.**

2. Quidquid ergo humiliter positum audistis de Domino Iesu Christo, susceptae carnis dispensationem cogitate; qualis factus est propter nos, non qualis erat ut faceret nos: quidquid autem sublime et supra omnes creaturas excelsum atque divinum, et Patri aequale atque coaeternum de illo audieritis in Evangelio poni, vel legeritis, scitote vos hoc legere quod ad formam Dei pertinet, non quod ad formam servi. Quia si istam regulam tenueritis qui capere potestis; non autem omnes capere potestis, sed omnes credere debetis: si ergo hanc regulam tenueritis, adversus calumnias tenebrarum haereticarum, tamquam in lumine ambulantes, securi pugnabitis. Non enim defuerunt qui sola evangelica testimonia legendo sectarentur, quae de humilitate Christi posita sunt, qui adversus ea testimonia quae divinitatem eius locuta sunt, surdi fuerunt: ideo surdi, ut male verbosi. Item quidam illa sola attendentes quae de Domini sublimitate dicta sunt, etiam ipsi misericordiam eius, qua homo factus est propter nos, et si legerunt, non crediderunt, et ab hominibus inducta, atque falsa esse putaverunt; contententes Deum tantummodo fuisse Dominum nostrum Christum, non etiam hominem. Alii sic, alii sic; utriusque in errore. Catholica autem fides ex utroque verum tenens quod tenet, et praedicans quod credit, et Deum Christum intellexit, et hominem credidit: utrumque enim scriptum est, et utrumque verum est. Si Deum tantum dixeris Christum, medicinam negas qua sanatus es: si hominem tantum dixeris Christum, potentiam negas qua creatus es. Utrumque igitur tene, anima fidelis et cor catholicum, utrumque tene, utrumque crede, utrumque fideliter confitere. Et Deus Christus est, et homo Christus. Qualis Deus Christus? Aequalis Patri, unum cum Patre. Qualis homo Christus? De virgine natus, trahens de homine mortalitatem, non trahens iniquitatem.

3. Isti ergo Iudaei videbant hominem, nec intellegebant nec credebant Deum: atque inter caetera audistis iam quemadmodum ei dixerint: *Tu de te testimonium dicis; testimonium tuum non est verum.* Audistis etiam quid ille responderit, cum hesterno die lectum esset, et pro nostris viribus disputatum. Hodie verba eius haec lecta sunt: *Vos secundum carnem iudicatis.* Ideo, inquit, mihi dicitis: *Tu de te testimonium dicis; testimonium tuum non est verum,* quia *secundum carnem iudicatis;* quia Deum non intellegitis, et hominem videtis, et hominem persequendo, Deum latentem offenditis. Ergo *secundum carnem iudicatis.* Ideo vobis arrogans videor, quia ego de me testimonium perhibeo. Omnis enim homo, quando de se vult perhibere testimonium laudabile, arrogans et superbus videtur. Ideo scriptum est: *Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui.* Sed hoc homini dictum est. Infirmi enim sumus, et apud infirmos loquimur. Verum dicere et mentiri possumus: etsi verum dicere debemus, et mentiri tamen possumus cum volumus. Lux mentiri non potest: absit ut in lucis divinae splendore tenebrae mendacii reperiantur. Loquebatur ille tamquam lux, loquebatur tamquam veritas; sed lux in tenebris lucebat, et tenebrae eam non comprehenderunt: ideo secundum carnem iudicabant. *Vos,* inquit, *secundum carnem iudicatis.*

**Christus venit primo salvare, postea iudicare.**

4. *Ego non iudico quemquam.* Non ergo iudicat quemquam Dominus Iesus Christus? Nonne ipse est quem confitemur resurrexisse tertia die, ascendisse in coelum, ibi sedere ad dexteram Patris, inde esse venturum ad iudicandos vivos et mortuos? Nonne ipsa est fides nostra, de qua dicit Apostolus: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem?* Ergo quando ista confitemur, contra Dominum loquimur? Nos dicimus venturum iudicem vivorum et mortuorum; ipse autem dicit: *Ego non iudico quemquam.* Quaestio ista duobus modis solvi potest; ut aut hoc intellegamus, *non iudico quemquam,* id est, modo: sicut dicit alio loco: *Ego non veni ut iudicem mundum, sed ut salvum faciam mundum;* non iudicium suum negando, sed differendo. Aut certe quia dixerat: *Vos secundum carnem iudicatis;* ita subiunxit: *Ego non iudico quemquam,* ut subaudias, secundum carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quam tenemus et annuntiamus de iudice Christo, scrupulus dubitationis in corde remaneat.

praedictos: unum misericordiae, qui peractus est; alterum iudicii, qui venturus est.

Prima ergo dispensatio Domini nostri Jesu Christi, medicinalis, non judicialis est. Nam si primo venisset iudicaturus, neminem invenisset cui praemia iustitiae redderet. Quia ergo vidit omnes peccatores, et omnino neminem esse immunem a morte peccati, prius erat eius misericordia praeroganda, et post **exercendum** iudicium, quia de illo cantaverat **Psalmista**, *Misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine* (*Psal. C*). Non enim ait, Iudicium et misericordiam: nam si primum esset iudicium, nulla esset misericordia; sed primo misericordia, postea iudicium. Quae est **prima** misericordia? Creator hominis, homo esse dignatus est: factus quod fecerat, ne periret quem fecerat. Quid huic misericordiae ad<sup>34</sup>di potest? Addidit tamen: nam reprobatus est ab hominibus, pro quorum salute venerat in mundum. **Irrisiones** sustinuit, flagella, sputa, opprobria inimicorum, turpissimam mortem crucis. Haec omnia sustinuit, quia voluit. Voluit, ut salvaret hominem, quem creaverat.

**Nullum genus mortis intolerabilius fuit cruce, propter longos cruciatus.**

Sed nihil nunc gloriosius, quam signum crucis portare in fronte.

Unde Apostolus ait, gloriam crucis praedicans:

*Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* (*Galat. VI*).

**Quia** venit neminem iudicare, consequenter Judaeis respondit:

*Vos secundum carnem, iudicatis: ego non iudico quemquam.*<sup>35</sup>

Pertulit injustum iudicium, ut ageret iustum; sed in eo quod pertulit injustum, misericordiae fuit. Denique ita humilis factus est, ut perveniret ad crucem. Distulit quidem potentiam, sed publicavit misericordiam. Unde distulit potentiam? quia de cruce descendere noluit, qui potuit de sepulcro resurgere (*Marc. XV*).

Unde publicavit misericordiam? quia pendens in cruce dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (*Luc. XXIII*)<sup>36</sup>. Sive ergo propter hoc, quia non venerat iudicare mundum, sed salvare mundum, dixit, *Ego non iudico quemquam*; sive, quemadmodum commemoravi, quoniam dixerat: *Vos secundum carnem iudicatis*, addidit: *Ego non iudico quemquam*; ut intelligamus Christum non secundum carnem iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est.

Nam ut agnoscatis iam et iudicem Christum, audite quid sequitur:

*Et si iudico ego, iudicium meum verum est.*<sup>37</sup> Ecce habet et iudicium. Sed agnosce salvatorem, ne sentias iudicem. Quare autem dixit iudicium suum verum esse?

*Quia solus, inquit, non sum, sed ego, et qui me misit Pater.*<sup>38</sup>

nostro Gesù Cristo: una di misericordia, che si è compiuta; l'altra di giudizio, che ancora deve avvenire.

La prima economia di nostro Signore Gesù Cristo è quindi di medicina, non di giudizio. Infatti se fosse venuto dapprima per giudicare, non avrebbe trovato nessuno cui dare un premio di giustizia. Poiché dunque vide tutti peccatori, e assolutamente nessuno immune dalla morte del peccato, doveva prima elargire la misericordia e poi esercitare il giudizio; di lui non per nulla il salmista aveva cantato: *Canterò la tua misericordia e il tuo giudizio, Signore* (*Sal 100, 1*)<sup>52</sup>. Infatti non dice, "Il giudizio e la misericordia"; perché se ci fosse prima il giudizio, la misericordia sarebbe nulla; ma prima la misericordia e poi il giudizio. Che significa "prima la misericordia"? Il creatore dell'uomo si è degnato essere uomo: si è fatto ciò che aveva fatto, affinché non perisse ciò che aveva fatto. Che cosa si può aggiungere a tale misericordia? Eppure aggiunse: infatti è stato riprovato dagli uomini, per la cui salute era venuto nel mondo. Sopportò l'irrisione, il flagello, gli sputi, il disprezzo dei nemici, la più turpe morte di croce. Tutto questo ha sopportato, perché ha voluto. L'ha voluto per salvare l'uomo, che [egli] aveva creato.

Nessun genere di morte fu più intollerabile che la croce, a causa dei lunghi patimenti ("cruciatus").

Ma ora nulla è più glorioso che portare in fronte il segno della croce.

Per cui l'Apostolo, predicando la gloria della croce, dice:

*Quanto a me invece non ci sia altro vanto che nella croce del Signore nostro Gesù Cristo, per mezzo della quale il mondo per me è stato crocifisso, come io per il mondo* (*Gal 6, 14*).

Dato che venne a giudicare nessuno, di conseguenza rispose ai Giudei:

*Voi giudicate secondo la carne; io non iudico nessuno.*

Si assoggettò al giudizio ingiusto per fare il giusto; ma nel sopportare l'ingiusto, egli è stato misericordia. Infine si è umiliato fino a pervenire alla croce. Differì, certo, la potenza, ma palesò la misericordia. In cosa differì la potenza? perché non volle discendere dalla croce, egli che poté poi risorgere dal sepolcro (cfr *Mc 15, 30ss*).

In cosa palesò la misericordia? perché pendendo dalla croce disse: *Padre, perdona loro perché non sanno quello che fanno* (*Lc 23, 34*). E così per questo: o perché non era venuto a giudicare il mondo, ma a salvare il mondo, disse, *Io non iudico nessuno*; o, come ho già ricordato, poiché aveva detto, *Voi giudicate secondo la carne*, aggiunse: *Io non iudico nessuno*; per farci intendere che il Cristo non giudica secondo la carne, come egli stesso è stato giudicato dagli uomini.

Infatti affinché ormai riconosciate che Cristo è anche giudice, ascoltate ciò che segue: *E anche se io iudico, il mio giudizio è vero*. Ecco, esercita anche il giudizio. Ma riconoscilo salvatore, per non sentirlo giudice. Ma per quale motivo disse che il suo giudizio è vero?

*Perché, dice, non sono solo, ma io e il Padre che mi ha mandato.*

Venit Christus, sed primo salvare, postea iudicare: eos iudicando in poenam, qui salvari noluerunt; eos perducendo ad vitam, qui credendo salutem non respuerunt.

Prima ergo dispensatio Domini nostri Iesu Christi medicinalis est, non judicialis: nam si primo venisset iudicaturus, neminem invenisset cui praemia iustitiae redderet. Quia ergo vidit omnes peccatores, et omnino neminem esse immunem a morte peccati, prius erat eius misericordia praeroganda, et post **exserendum** iudicium: quia de illo cantaverat **Psalmus**: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*. Non enim iudicium ait et misericordiam; nam si primo esset iudicium, nulla esset misericordia;

sed primo misericordia, postea iudicium. Quae est **primo** misericordia?

Creator hominis, homo esse dignatus est: factus est quod fecerat,

ne periret quem fecerat. Quid huic misericordiae addi potest? Et tamen addidit.

Parum fuit ei hominem fieri; sed etiam ab hominibus reprobari: parum erat reprobari; et exhonorari: parum erat exhonorari; et occidi: sed et hoc parum est; morte crucis. Nam et cum eius obedientiam usque ad mortem factam commendaret Apostolus, parum illi fuit dicere: *Factus obediens usque ad mortem*: non enim qualemcumque mortem, sed addidit, *mortem autem crucis*. Illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium. Denique ubi dolores acerrimi exagitant, cruciatus

vocatur, a cruce nominatus. Pendentes enim in ligno crucifixi, clavis ad lignum pedibus manibusque confixi, producta morte necabantur. Non enim crucifigi hoc erat occidi: sed diu vivebatur in cruce; non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis: parum dicimus, crucifigi dignatus est, usque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum et pessimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortem: de morte pessima occidit omnem mortem. Pessima enim erat non intellegendibus Iudaeis; nam a Domino electa erat. Ipsam enim crucem suam signum habiturus erat, ipsam crucem de diabolo superato tamquam tropaeum in frontibus fidelium positurus, ut diceret Apostolus:

*Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.*

Nihil erat tunc in carne intolerabilius, nihil est nunc in fronte gloriosius. Quid servat fidei suo, qui talem honorem dedit supplicio suo? Denique modo in poenis reorum non est apud Romanos: ubi enim Domini crux honorata est, putatum est quod et reus honoraretur, si crucifigeretur.

Qui ergo ideo venit, neminem iudicavit:

et malos passus est.

Pertulit iniustum iudicium, ut ageret iustum. Sed in eo quod pertulit iniustum, misericordiae fuit. Denique ita humilis factus ut veniret ad crucem, distulit quidem potentiam, sed publicavit misericordiam. Unde distulit potentiam? Quia de cruce noluit descendere, qui potuit de sepulcro resurgere.

Unde publicavit misericordiam? Quia pendens in cruce dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Sive ergo propter hoc, quia non venerat iudicare mundum, sed salvare mundum, dixit: *Ego non iudico quemquam*; sive quemadmodum commemoravi, quoniam dixerat: *Vos secundum carnem iudicatis*, addidit: *Ego non iudico quemquam*, ut intelligamus Christum non secundum carnem iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est.

**5.** Nam ut agnoscatis iam et iudicem Christum, audite quod sequitur:

*Et si iudico ego, iudicium meum verum est*. Ecce habes et iudicem, sed agnosce salvatorem, ne sentias iudicem. Quare autem dixit iudicium suum verum esse?

*Quia solus, inquit, non sum, sed ego et qui misit me Pater.*

Dixi vobis, fratres, quia Ioannes iste evangelista sanctus multum alte volat: vix est eum mente comprehendere. **Mysterium autem altius volantis opus est ut commemorem**

<sup>34</sup> In realtà, nella copia del testo in mio possesso, si dovrebbe leggere "audi" con certezza quasi assoluta; ma ritengo si tratti di errore di battitura o di difetto meccanico.

<sup>35</sup> Gv 8, 15.

<sup>36</sup> Vulg.: "Pater, dimitte illis : non enim sciunt quid faciunt."; Sabatier in nota: "August. L. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 197. d. necnon tr. 6. & 31. In Joh. Col. 331. f. 523. f. & alibi: *Pater, ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt*. Itidem Leo M. ser. 53. p. 123. ..."

<sup>37</sup> Gv 8, 16.

<sup>38</sup> Gv 8, 16 Vulg.: "quia solus non sum : sed ego et qui misit me, Pater."

<sup>52</sup> NCEI traduce: "Amore e giustizia io voglio cantare"; mi pare che lo svolgersi del commento richieda l'uso di termini ad esso più allineati.

Caritatem vestram. Et apud Ezechielem prophetam, et in Apocalypsi ipsius Ioannis, cuius est hoc Evangelium, commemoratur animal quadruplex, habens quatuor personas; hominis, vituli, leonis, aquilae. Qui ante nos Scripturarum sanctarum mysteria tractaverunt, plerique in hoc animali, vel potius in his animalibus quatuor Evangelistas intellexerunt. Leonem pro rege positum, quoniam videtur leo rex esse quodammodo bestiarum, propter potentiam et terribilem fortitudinem. Haec persona tributa est Matthaeo, quia in generationibus Domini regiam seriem prosecutus est, quemadmodum esset Dominus per stirpem regiam de semine David regis. Lucas autem quoniam coepit a sacerdotio Zachariae sacerdotis, faciens mentionem patris Ioannis Baptistae, vitulo deputatus est; quia magna victima vitulus erat in sacrificio sacerdotum. Marco homo Christus merito assignatus est, quia neque de regia potestate aliquid dixit, neque de sacerdotali coepit, sed tantum ab homine Christo exorsus est. Hi omnes prope de terrenis, id est de iis quae in terra gessit Dominus noster Iesus Christus, non recesserunt: de divinitate eius perpauca locuti sunt, tamquam in terra cum illo ambulantes. Restat aquila: ipse est Ioannes, sublimium praedicator, et lucis internae atque aeternae fixis oculis contemplator. Dicuntur enim et pulli aquilarum a parentibus sic probari, patris scilicet ungue suspendi, et radiis solis opponi: qui firme contemplatus fuerit, filius agnoscitur; si acie palpiterit, tamquam adulterinus ab ungue dimittitur. Iam ergo videte quam sublimia loqui debuit, qui est aquilae comparatus: et tamen etiam nos humi repentes, infirmi et vix ullius momenti inter homines, audemus tractare ista, et ista exponere; et putamus nos aut capere posse cum cogitamus, aut capi dum dicimus.

**6.** Quare ista dixi? Forte enim post haec verba quisquam mihi iuste dicat: Pone ergo codicem. Quod excedit mensuram tuam, quid sumis in manum tuam? quid ei committis linguam tuam? Ad hoc respondeo: Multi haeretici abundant, et ad hoc eos Deus abundare permisit, ne semper lacte nutriamur, et in bruta infantia remaneamus. Quia enim non intellexerunt quomodo commendaretur divinitas Christi, sapuerunt sicut voluerunt: non autem recte sapiendo, fidelibus catholicis quaestiones molestissimas intulerunt; coeperunt exagitari et fluctuare corda fidelium. Iam tunc necessitas facta est spiritalibus viris, qui aliquid secundum divinitatem Domini nostri Iesu Christi, non solum legerant in Evangelio, sed etiam intellexerant, ut contra arma diaboli Christi arma proferrent: et de Christi divinitate adversus falsos fallacesque doctores, quantis possent viribus, apertissima conflictatione pugnarent; ne cum ipsi tacerent, alii perirent. Quicumque enim senserunt Dominum nostrum Iesum Christum, aut diversae substantiae esse quam Pater est, aut tantum esse Christum solum, ut ipse sit Pater, ipse sit Filius, ipse sit Spiritus sanctus: quicumque etiam sentire voluerunt hominem fuisse solum, non Deum factum hominem, aut ita Deum ut in sua divinitate mutabilem, aut ita Deum ut non et hominem; a fide naufragaverunt, et de portu Ecclesiae proiecti sunt, ne inquietudine sua naves secum positas frangerent. Quae res coegit ut etiam nos minimi, et quantum ad nos pertinet prorsus indigni, quantum autem ad illius misericordiam in aliquo dispensatorum eius numero constituti, non vobis taceamus quod aut intellegatis, mecumque gaudeatis; aut si intellegere nondum valetis, credendo securi in portu maneatis.

**Fides mundet te, ut intellectus impleat te.**

**7.** Dicam ergo; capiat qui potest, credat qui non potest: tamen dicam quod ait Dominus: *Vos secundum carnem iudicatis; ego non iudico quemquam*, aut modo, aut secundum carnem. *Sed et si ego iudico, iudicium meum verum est.* Quare iudicium tuum verum est? *Quia solus non sum*, inquit, *sed ego et qui misit me Pater.* Quid ergo, Domine Iesu? Si solus esses, falsum esset iudicium tuum; et ideo verum iudicas, quia solus non es, sed tu et qui te misit Pater? Quid responsurus sum? Ipse respondeat: *Verum est*, inquit, *iudicium meum.* Quare? *Quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater.* Si tecum est, quomodo te misit? Et te misit, et tecum est? Itane et missus non recessisti? itane et ad nos venisti, et ibi mansisti? Quomodo istud creditur? quomodo capitur? Ad haec duo respondeo: Quomodo capitur, recte dicis; quomodo creditur, non recte dicis. Imo ideo bene creditur, quia non cito capitur: nam si cito caperetur, non opus erat ut crederetur; quia videretur. Ideo credis, quia non capis; sed credendo fis idoneus ut capias. Nam si non credis, numquam capies; quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mundet te, ut intellectus impleat te. *Verum est*, inquit, *iudicium meum; quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater.* Ergo, Domine Deus noster Iesu Christe, missio tua incarnatio tua est. Sic video, sic intellego: postremo sic credo, ne arrogantiae sit dicere. Sic intellego. Prorsus et hic est Dominus noster Iesus Christus; imo hic erat secundum carnem, modo hic est secundum divinitatem: et cum Patre erat, et a Patre non recesserat. Quod ergo dicitur missus venisse ad nos, incarnatio ipsius commendatur,

Quid est missio Christi, nisi incarnatio eius?

Missus est Christus, idem est ac si dicas, Incarnatus est Christus. Et a Patre missus est, et a Patre nunquam recessit; et hic fuit per incarnationem; et hic est modo per divinitatem. Fides ergo mundet corda nostra: ut intellectus impleat corda nostra, et ut

Cos'è la missione di Cristo, se non la sua incarnazione?

Cristo è inviato, come se dicessi: Cristo è incarnato. È stato inviato dal Padre, è non si è mai allontanato dal Padre; fu qui per via dell'incarnazione, è qui anche ora per la divinità. La fede allora mondi i nostri cuori: così la comprensione riempia i nostri cuori,

intelligamus mysterium salutis nostrae. Altum est, profundum est, secretum est. Una est substantia, una divinitas, una majestas Patris et Filii. Pater non passus est, sed solus Filius.

Ergo intelligamus missionem Filii nominatam incarnationem Filii. Patrem autem incarnatum esse non credas.

Unde ergo verum est iudicium ejus, nisi quia verus Filius est Patris? Ideo dixit: *Judicium meum verum est, quia solus non sum; sed ego, et qui me misit Pater.*

Idem ergo in alio loco dixit: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. X); unum in substantia, duo in personis. *Unum* dixit propter substantiae unitatem; *sumus* dixit propter personarum distinctionem.

Audi quid dixit, *Ego, et qui misit me Pater*. Distingue personas,

agnosce quia Pater pater est, agnosce quia Filius filius est, ne in barathrum Sabelliani pervenias;

et noli dicere, Aliud et aliud, sed dic, Alius et alius. Non aliud in substantia, sed alius in persona; non Pater major, non Filius minor in divinitatis gloria.

Sed crede, unum sumus.

Ideo quod dixit ipsa Veritas *unum*, liberat te ab Ario: quod dixit *sumus*, liberat a Sabellio. Si *unum*, non ergo diversum, si *sumus*, non ergo unus.

De iudicio dixerat dum dixit, *Ego non iudico quemquam*<sup>39</sup>: de testimonio nunc vult dicere:

*In lege*, inquit, *vestra scriptum est*.<sup>40</sup>

Vestra dixit, tanquam diceret, In lege quae vobis a Deo data est, sicut dicimus *panem nostrum quotidianum*<sup>41</sup>, quem a Deo nobis dari poscimus. Quid est quod

e potremo comprendere il mistero della nostra salvezza. È alto, è profondo, è segreto. Una sola è la sostanza, una sola la divinità, una sola la maestà del Padre e del Figlio. Il Padre non ha subito patimento, ma il solo Figlio.

Allora comprendiamo che la missione del Figlio è definita incarnazione del Figlio. Non credere, però, che il Padre si sia incarnato.

In che senso dunque è vero il suo giudizio, se non perché è vero Figlio del Padre? Perciò disse: *il mio giudizio è vero, perché non sono solo, ma io e il Padre che mi ha mandato.*

Perciò parimenti in altro passo disse: *Io e il Padre siamo una cosa sola* (Gv 10, 30); uno solo nella sostanza, due nelle persone. disse *una cosa sola* a causa dell'unità della sostanza; disse *siamo* a motivo della distinzione delle persone.

Ascolta cosa disse, *Io e il Padre che mi ha mandato*. Distingui bene le persone,

riconosci che il Padre è padre, riconosci che il Figlio è figlio, per non cadere nel baratro dei sabelliani;

e non dire, Altra cosa e altra cosa, ma di', Altro e altro. Non altra cosa nella sostanza, ma altro nella persona; il Padre non è maggiore, il Figlio non è minore nella gloria della divinità.

Ma credi, *siamo una cosa sola* (Gv 10, 30).

Pertanto che la Verità stessa disse *una cosa sola*, ti libera da Ario; che disse, *siamo*, libera da Sabellio. Se [è] *una cosa sola*, non [è] dunque diverso; se *siamo*, non dunque uno solo.

Aveva detto del giudizio quando disse, *io non iudico nessuno*: ora vuol dire della testimonianza:

*Nella vostra legge*, dice, *sta scritto*.

Disse vostra, come per dire: Nella legge che vi è stata data da Dio, così come diciamo *il nostro pane quotidiano*, quello che chiediamo a Dio di darci. Cosa significa:

quia Pater non est incarnatus.

**Evade Scyllam et Charybdim.**

8. Nam Sabelliani dicti sunt quidam haeretici, qui vocantur et Patripassiani, qui dicunt ipsum Patrem passum fuisse. Noli tu, catholice: si enim fueris patripassianus, non eris sanus.

Ergo intellege missionem Filii nominatam incarnationem Filii: Patrem autem incarnatum esse non credas,

sed a Filio incarnato Patrem recessisse non credas Ille carnem portabat, ille cum Filio erat. Si in coelo Pater, in terra Filius; quomodo Pater cum Filio erat? Quia et Pater et Filius ubique erant: non enim in coelo sic est Deus, ut non sit in terra. Audi illum qui volebat fugere iudicium Dei, et non inveniebat qua: *Quo abibo*, inquit, *a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in coelum, tu ibi es*. De terra erat quaestio; audi quid sequitur: *Si descendero ad infernum, ades*. Si ergo et in inferno dicitur quod adsit, quid rerum remanet ubi non sit? Vox enim Dei est apud prophetam: *Coelum et terram ego impleo*. Ubique ergo est, qui nullo clauditur loco. Noli ab illo averti, et tecum est. Si vis ad eum pervenire, noli piger esse amare: non enim pedibus, sed affectibus curris. Uno loco manens venis, si credis et diligis. Ergo ubique est: si ubique est, quomodo cum Filio non est? Itane cum Filio non est, qui, si credis, et tecum est?

9. Unde ergo verum est iudicium eius, nisi quia verus est Filius? Hoc enim dixit: *Et si iudico, verum est iudicium meum; quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater.*

Tamquam diceret: *Verum est iudicium meum*, quia Filius Dei sum. Unde probas quia Filius Dei es? *Quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater*. Erubescere, Sabelliane, audis Filium, audis Patrem.

Pater, Pater est; Filius, Filius est. Non dixit: Ego sum Pater, et ego ipse sum Filius; sed, *solus non sum*, inquit. Quare solus non es? Quia mecum est Pater. *Ego sum, et qui misit me Pater*: Audis. *Ego sum, et qui me misit*. Ne perdas personam, distingue personas. Distingue intelligentia, noli separare perfidia; ne iterum quasi fugiens Charybdim, in Scyllam incurras. Vorabat enim te gurgis impietatis Sabellianorum, ut diceres ipsum esse Patrem qui est Filius: modo didicisti: *Solus non sum, sed ego et qui misit me Pater*.

Agnoscis quia Pater, Pater est; et Filius, Filius est

Bene agnoscis: sed noli dicere, Pater maior est, Filius minor est; noli dicere, Pater aurum est, Filius argentum est. Una substantia est, una divinitas, una coaeternitas, perfecta aequalitas, dissimilitudo nulla. Nam si tantummodo alterum credideris esse Christum, non eum qui Pater est, in aliquo tamen distantem secundum naturam esse putaveris; a Charybdi quidem evasisti, sed in Scyllaeis scopulis naufragasti. In medio naviga, utrumque periculosum latus evita. Pater, Pater est; Filius, Filius est. Iam dicis, Pater, Pater est; Filius, Filius est: bene periculum absorbentis gurgitis evasisti; quid vis ire in alteram partem, ut dicas: Aliud est Pater, Filius aliud? Alius est, recte dicis; aliud, non recte. Alius enim est Filius, quia non est ipse qui Pater; et alius Pater, quia non ipse qui Filius: non tamen aliud, sed hoc ipsum est et Pater et Filius. Quid est, hoc ipsum est? Unus Deus est. Audisti: *Quia non sum solus, sed ego et qui misit me Pater*; audi quomodo credas Patrem et Filium, audi ipsum Filium: *Ego et Pater unum sumus*. Non dixit: Pater ego sum; aut: Ego et Pater unus est: sed cum dicit: *Ego et Pater unum sumus*: utrumque audi, et *unum*, et *sumus*, et a Charybdi et a Scylla liberaberis.

In duobus istis verbis quod dixit, *unum*, liberat te ab Ario: quod dixit, *sumus*, liberat te a Sabellio. Si *unum*, non ergo diversum; si *sumus*,

ergo et Pater et Filius. *Sumus* enim, non diceret de uno; sed et *unum* non diceret de diverso. Ergo ideo *verum est*, inquit, *iudicium meum*, breviter ut audias, quia Filius Dei sum. Sed sic tibi persuadeo, inquit, quia Filius Dei sum, ut intellegas quia mecum est Pater: non sic sum Filius ut ipsum deseruerim; non ita hic sum, ut eum ipso non sim; non ita ibi ille est, ut mecum non sit: formam servi accepi, sed formam Dei non amisi; *Solus* ergo, inquit, *non sum, sed ego et qui misit me Pater*.

10. Dixerat de iudicio;

de testimonio vult dicere.

*In Lege*, inquit, *vestra scriptum est*

<sup>39</sup> Gv 8, 15.

<sup>40</sup> Gv 8, 17.

<sup>41</sup> Cfr Lc 11, 3.

in lege vestra scriptum est?<sup>42</sup>

*Quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, et testimonium perhibet de me qui misit me, Pater. Dicebant,<sup>43</sup> etc.*

Nunquid per se duo homines verum dicunt testimonium? Nonne duo falsi testes contra Susannam<sup>44</sup> falsum protulerunt testimonium? Et Judaeis quaerentibus falsum testimonium contra Christum, dicit evangelista, *Novissime venerunt duo falsi testes (Matth. XXVI)<sup>45</sup>.*

Nunquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? Quid de duobus dicimus vel tribus? Universus populus mentitus est contra Christum<sup>46</sup>. Si ergo totus populus, qui constat ex magna hominum multitudine, falsum testimonium dicere inventus est, quomodo accipiendum est, *in ore duorum vel trium testimonium stabit omne verbum?*<sup>47</sup> nisi quia hoc modo per mysterium Trinitas commendata est, in qua perpetua stabilitas veritatis est.

Si vis habere bonam causam, habeto duos vel tres testes,

Patrem, Filium, et Spiritum sanctum. Denique quando Susanna, casta femina fidelisque conjux, duobus falsis testibus arguebatur, Trinitas illi in conscientia atque in occulto suffragabatur, illi Trinitas de occulto unum testem Danielem excitavit, et duos convicit. Ergo quia in lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium verum esse<sup>48</sup>, accipite nostrum testimonium, ne sentiatis iudicium. *Ego autem,* inquit, *non iudico quemquam:* testimonium perhibeo de me<sup>49</sup>, differo iudicium.

Eligamus, fratres, testimonium Dei, quia testimonium Dei verum est.

Et quoniam testis est omnium quae agimus, iudex erit

omnium quae fecimus;

et alium non quaerit testem<sup>50</sup>

nisi seipsum: quia omnia secreta cordis nostri considerat, et quid ex quo fonte procedat: ideo testis,

quia non quaerit alium unde cognoscat qui sis,

vel qualis sit vita tua, qui reddet unicuique secundum opera sua.<sup>51</sup>

nella vostra legge sta scritto?

*Che la testimonianza di due persone è vera. Sono io che do testimonianza di me stesso, e anche il Padre, che mi ha mandato, dà testimonianza di me. Gli dissero, ecc. Forse che di per sé due uomini rendono vera testimonianza? O forse che due falsi testi non proferirono falsa testimonianza contro Susanna? E dei Giudei che cercavano un falso testimone contro Cristo, l'evangelista dice: Finalmente si presentarono due [falsi testimoni] (Mt 26, 60).*

Forse che non erano falsi per il fatto che erano due? Ma perché parliamo di due o tre? Tutto un popolo mentì contro Cristo. Ora, se tutto un popolo, formato da una grande moltitudine di uomini, fu trovato dire falsa testimonianza, come si ha da intendere che ogni questione si deciderà sulla dichiarazione di due o tre testimoni? se non che in questo modo nel mistero ci è consegnata la Trinità, in cui si trova il perpetuo fondamento della verità. Se vuoi ottenere una buona sentenza, procurati due o tre testi: il Padre, il Figlio e lo Spirito Santo. Infatti quando Susanna, femmina casta e coniuge fedele, era accusata dai due falsi testimoni, la Trinità la difendeva nella sua coscienza e nel segreto; e la Trinità dal segreto suscitò per lei un testimone in Daniele e confutò i due. Ora, siccome nella vostra legge sta scritto che la testimonianza di due persone è vera, accettate la nostra testimonianza, se non volete subire il giudizio. Io dunque, dice, non iudico nessuno: do testimonianza di me stesso, rinvio il giudizio.

Scegliamo, fratelli, la testimonianza di Dio, perché la testimonianza di Dio è vera.

È poiché è teste

di tutto ciò che facciamo,

sarà giudice

di tutto ciò che avremo fatto;

e non cerca altro teste

che se stesso: perché scruta tutti i segreti del nostro cuore, e cosa promana da questa fonte: perciò è teste,

perché non vuole altro per conoscere chi tu sia,

o quale sia la tua vita, lui che renderà a ciascuno secondo le sue opere.

*quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui de me testimonium perhibeo, et testimonium perhibet de me qui misit me Pater.*

Exposuit illis et Legem, si ingrati non essent. Magna enim quaestio est, fratres mei, et valde mihi videtur in mysterio res esse constituta, ubi Deus dixit: *In ore duorum vel trium testimonium stabit omne verbum.* Veritas quaeritur per duos testes? Ita plane, sic se habet humani generis consuetudo: sed tamen fieri potest ut et duo mentiantur. Susanna casta duobus falsis testibus urgebatur:

numquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? De duobus dicimus aut de tribus? universus populus mentitus est contra Christum. Si ergo populus constans ex magna hominum multitudine, falsus testis inventus est; quomodo accipiendum est:

*In ore duorum vel trium testimonium stabit omne verbum:* nisi quia hoc modo per mysterium Trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis?

Vis habere bonam causam? Habeto duos vel tres testes,

Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Denique quando Susanna casta femina fidelisque coniux duobus falsis testibus urgebatur, Trinitas illi in conscientia atque in occulto suffragabatur: illa Trinitas de occulto unum testem Danielem excitavit, et duos convicit. Ergo quia in Lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium verum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiatis iudicium. *Ego enim,* inquit, *non iudico quemquam, sed testimonium perhibeo de me:* differo iudicium, non differo testimonium.

**Eligamus nobis Deum testem.**

**11.** Eligamus nobis, fratres, contra linguas hominum, contra infirmas suspiciones generis humani Deum iudicem, Deum testem. Non enim dedignatur testis esse qui iudex est, aut promovetur cum fit iudex; quoniam qui testis est,

ipse iudex erit.

Quare ipse testis?

Quia non quaerit alium unde cognoscat qui sis.

Quare ipse iudex? Quia ipse habet potestatem mortificandi et vivificandi, damnandi et absolventi, in gehennas praecipitandi et in coelos levandi, diabolo coniungendi et cum Angelis coronandi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatem, iudex est. Quia vero ut te cognoscat

non quaerit alium testem;

qui tunc iudicabit te, modo videt te: non est unde illum fallas, cum coeperit iudicare. Non enim adhibes tibi aliquos falsos testes, qui iudicem illum possint circumvenire, quando te coeperit iudicare. Deus hoc tibi dicit: Quando contemnebas, ego videbam; et quando non credebas, sententiam meam non frustrabam: differebam, non auferebam. Noluisti audire quod praecepi, senties quod praedixi. Si autem audias quae praecepi, non mala senties quae praedixi, sed bona percipies quae promisi.

**12.** Ne aliquem sane moveat quod ait: *Verum est iudicium meum; quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater;* cum alibi dixerit: *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Iam in eisdem verbis Evangelii disputavimus, et nunc admonemus, non hoc ideo dictum, quia Pater non erit cum Filio iudicante; sed quoniam bonis et malis in iudicio solus Filius apparebit, in ea forma in qua passus est, et resurrexit, et ascendit in coelum. Discipulis quippe tunc conspicientibus ascendentem, vox angelica sonuit: *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum:* id est, in forma hominis in qua iudicatus est iudicabit, ut etiam illud propheticum impleatur:

<sup>42</sup> Ho evidenziato col verde questo breve passo perché, riprendendolo da poco sopra, Beda ricrea l'unitarietà della citazione così come presente in Agostino.

<sup>43</sup> Gv 8, 17-18.

<sup>44</sup> Cfr Dn 13.

<sup>45</sup> Vulg: "Novissime autem venerunt duo falsi testes,"; NCEI traduce: "Finalmente se ne presentarono due,"

<sup>46</sup> cfr Lc 23, 1.

<sup>47</sup> 2Cor 13, 1; cfr Dt 19, 15.

<sup>48</sup> È riproposizione della citazione appena sopra; pertanto in italiano la evidenzio col corsivo.

<sup>49</sup> Gv 8, 15 e il v. 18, benché non evidenziato. Lo evidenzio in italiano.

<sup>50</sup> Questo breve passo è ripreso da questo stesso Tractatus 36 di Agostino al §11, poche righe più avanti. Come altri casi analoghi, viene evidenziato in verde per facilitarne la visibilità.

<sup>51</sup> È citazione di Rm 2, 6 Vulg.: "qui reddet unicuique secundum opera eius:." In italiano viene evidenziato col corsivo. In Agostino la citazione di questo versetto è presente nel §7 del Tractatus 33, primo fra quelli utilizzati in questo capo 8; evidenziato pari colore.



Responderunt ergo **Judaei** Domino loquenti de Patre suo, et dixerunt:

*Ubi est pater tuus?*<sup>53</sup> Patrem Christi carnaliter acceperunt, quia verba Christi secundum carnem iudicaverunt. Erat autem qui loquebatur, in aperto caro, in occulto Verbum: homo manifestus, Deus occultus.

Videamus ergo quid ad haec Dominus respondit. *Ubi est*, inquiunt, *Pater tuus?* Audivimus enim te dicere, Solus non sum, sed ego et qui me misit Pater.<sup>54</sup> Nos solum te videmus, patrem tuum tecum non videmus. Quomodo te dicis, solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut, Ostende nobis tecum esse patrem tuum. Et Dominus: *Nunquid me videtis,*

*et Patrem meum non videtis?*<sup>55</sup>

hoc enim sequitur, hoc suis verbis ipse respondit. Quorum verborum expositionem nos ante praemisimus. Videte enim quid dixerit.

*Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, et Patrem meum sciretis.*<sup>56</sup> Dicitis ergo, Ubi est Pater tuus? quasi me jam sciatis, quasi totum hoc sim quod videtis. Ergo quia me non nostis, ideo vobis Patrem meum non ostendo.

Me quippe hominem putatis, ideo patrem meum hominem quaeritis, quia secundum carnem iudicatis: quia vero secundum quod videtis, aliud sum, et aliud secundum quod non videtis: Patrem autem meum loquor occultum; prius est ut me noveritis, tunc et Patrem meum scietis.

*Si enim me sciretis, et Patrem meum forsitan sciretis.*<sup>57</sup>

Ille qui omnia scit, quando dicit *forsitan*, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpative dicatur ipsum *forsitan*, quod videtur esse verbum dubitationis; sed verbum dubitationis est quando dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur a Deo verbum dubitationis, cum Deum utique nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur divinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent, aliquando increpative dubitant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitant; velut si indigneris servo

Pertanto i Giudei risposero al Signore che parlava di suo Padre, e dissero:

«*Dov'è tuo padre?*». Avevano colto in senso carnale il Padre di Cristo, perché giudicavano le parole di Cristo secondo la carne. Ma colui che parlava era manifesto come carne, occulto come Verbo; era manifesto come uomo, occulto come Dio.

Vediamo dunque cosa risponde a ciò il Signore. *Dov'è*, chiedono, *tuo Padre?* Infatti ti abbiamo sentito dire: *non sono solo, ma io e il Padre che mi ha mandato*. Noi vediamo te solo, non vediamo tuo padre con te. Come [fai a] dire di non essere solo, ma di essere con tuo padre? Oppure, Mostraci che tuo padre è con te. E il Signore: Forse che vedete me,

e non vedete il Padre mio?

questo infatti fa seguito, questo egli risponde con le sue parole. Noi prima abbiamo premesso il commento a queste parole. Notate infatti cosa disse:

*Voi non conoscete né me né il Padre mio; se conosceste me, conoscereste anche il Padre mio* Dite dunque: *Dov'è tuo padre?* come se già mi conosceste, come se io fossi tutto ciò che voi vedete. Ma siccome non mi conoscete, perciò non vi mostro mio Padre. Certo mi reputeate un uomo, pertanto cercate mio padre [come] uomo, perché giudicate secondo la carne; perché invero altro sono secondo ciò che vedete, altro secondo ciò che non vedete: ma parlo di mio Padre, occulto; prima dovete conoscere me, e allora conoscerete anche mio Padre.

*Se conosceste me, [forse] conoscereste anche il Padre mio.* Egli, che sa tutto, quando dice *forse*, non dubita, ma rimprovera. Nota infatti come si dica a mo' di rimprovero lo stesso *forse*, che è considerato essere parola di dubbio; ma la parola ha senso dubitativo quando viene detta da un uomo, che quindi dubita perché non sa; quando invero la parola del dubbio è detta da Dio, dato che a Dio nulla è nascosto, con quell'incertezza si rimprovera l'incredulità; la divinità non opina. Gli uomini infatti, di quelle cose che hanno per certe qualche volta dubitano a mo' di rimprovero, cioè una parola di dubbio [ma] col cuore non dubitano; come se tu, in collera col tuo servo, gli

*Videbunt in quem pupugerunt.* Cum vero euntibus iustis in vitam aeternam, videbimus eum sicuti est; non erit illud iudicium vivorum et mortuorum, sed praemium tantummodo vivorum.

**13.** Item ne moveat quod ait: *In Lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est*, et ideo quisquam existimet non fuisse illam legem Dei, quia non dictum est: In lege Dei: sciat ita dictum esse: *In Lege vestra*, tamquam diceret, in Lege quae vobis est data; a quo, nisi a Deo? Sicut dicimus: *Panem nostrum quotidianum*: et tamen dicimus: *Da nobis hodie*.

## TRACTATUS XXXVII

*Nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius* (Io 8, 19, 20).

*Nondum venerat hora eius*, non qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Dominus quando voluit ad homines processit, quamdiu voluit inter homines vixit; quando voluit a carne discessit; hoc est potestatis, non necessitatis. Hanc ergo horam ille exspectabat, non fatalem, sed opportunam et voluntariam.

**1.** Quod in sancto Evangelio breviter dicitur, non breviter oportet exponi, ut quod auditur, intellegatur. Verba enim Domini pauca, sed magna sunt; non numero aestimanda, sed pondere: nec ideo contemnenda, quia pauca; sed ideo quaerenda, quia magna. Qui adfuitis hesterno die, audistis, ut potuimus disputavimus ex eo quod ait Dominus: *Vos secundum carnem iudicatis; ego non iudico quemquam. Sed et si iudico ego, iudicium meum verum est; quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater. In lege vestra scriptum est quod duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, et testimonium perhibet de me qui misit me Pater.* Ex his verbis hesterno, ut dixi, die redditus est sermo auribus et mentibus vestris. Haec cum Dominus dixisset; illi qui audierunt: *Vos secundum carnem iudicatis*, manifestaverunt quod audierunt.

Responderunt enim Domino loquenti de Deo Patre suo, et dixerunt:

*Ubi est pater tuus?* Patrem Christi carnaliter acceperunt, quia verba Christi secundum carnem iudicaverunt. Erat autem qui loquebatur in aperto caro, in occulto Verbum: homo manifestus, Deus occultus.

Videbant indumentum, et contemnebant indutum: contemnebant, quia nesciebant; nesciebant, quia non videbant; non videbant, quia caeci erant; caeci erant, quia non credebant.

**2.** Videamus ergo et ad haec Dominus quid responderit. *Ubi est*, inquiunt, *pater tuus?* Audivimus enim te dicere: *Solus non sum, sed ego et qui misit me Pater*: nos solum te videmus, patrem tuum tecum non videmus; quomodo te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? aut ostende nobis tecum esse patrem tuum. Et Dominus: Numquid me videtis,

ut Patrem ostendam vobis?

Hoc enim sequitur, hoc suis verbis ipse respondit, quorum verborum expositionem nos ante praemisimus. Videte enim quid dixerit:

*Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis.* Dicitis ergo: *Ubi est Pater tuus?* quasi iam me sciatis; quasi totum hoc sim quod videtis. Ergo quia me non nostis, ideo vobis Patrem meum non ostendo.

Me quippe hominem putatis, ideo Patrem meum hominem quaeritis, quia secundum carnem iudicatis. Quia vero secundum quod videtis aliud sum, et aliud secundum quod non videtis; Patrem autem meum loquor occultus occultum: prius est ut me noveritis; tunc et Patrem meum scietis.

**3.** *Si enim me sciretis, et Patrem meum forsitan sciretis.*

Ille qui omnia scit, quando dicit *forsitan*, non dubitat, sed increpat. Attende enim quomodo increpative dicatur ipsum *forsitan*, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed dubitationis verbum est quando dicitur ab homine, ideo dubitante quia nesciente: cum vero dicitur a Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur divinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent, aliquando increpative dubitant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent; velut si indigneris servo

<sup>53</sup> Gv 8, 19.

<sup>54</sup> In realtà è citazione di Gv 8, 16; pertanto in italiano la evidenzio col corsivo.

<sup>55</sup> Non ho reperito nessun passo scritturistico accostabile a questo periodo. Come si capisce dalla giustificazione che segue immediatamente, si tratta della parafrasi che fa da commento al versetto che verrà citato tra breve. Pertanto in italiano non lo evidenzio col corsivo.

<sup>56</sup> Gv 8, 19.

<sup>57</sup> Gv 8, 19. “forsitan” fa parte del versetto Vulg., ma prima Beda lo aveva tralasciato. Qui invece è presente, ed è la premessa per il prosiegno del commento.

tuo, et dicas, Contemnis me? Considera, forsitan Dominus Deus tuus sum: hinc et Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait: *Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeo* (I Cor. VII). *Quod dicit puto*, dubitare videtur; sed ille increpat, non dubitat; et Dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani, *Cum venerit*, inquit, *Filius hominis, putas inveniet fidem in terra?* (Luc. XIII.)<sup>58</sup>

Scit ergo omnia, per quem facta sunt omnia, et tamen dubitando increpat. *Si me sciretis, et Patrem meum forsitan sciretis.* Increpat infideles, admonet fideles: ut sciant unam esse cognitionem Patris et Filii: quatenus sciant cognitionem Filii, cognitionem esse et Patris. Ideo discipulo electo poscenti ut ostenderetur eis Pater, respondit:

*Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem* (Joan. XV).<sup>59</sup>

dicessi: Mi disprezzi? Considera [che] forse io sono il Signore Dio<sup>64</sup> tuo; per cui anche l'Apostolo, parlando a taluni denigratori, dice: *credo infatti di avere anch'io lo Spirito di Dio* (I Cor 7, 40). [Per il fatto] che dice *credo* sembra dubitare; ma rimprovera, non dubita; e Cristo Signore, in altro passo, rimproverando l'infedeltà futura del genere umano, *Ma il Figlio dell'uomo*, dice, *quando verrà, [credi che] troverà la fede sulla terra?* (Lc 18, 8).

Sa tutto dunque colui per mezzo del quale tutto è stato fatto, e tuttavia, dubitando, rimprovera. *Se conoscete me, [forse] conoscereste anche il Padre mio.* Rimprovera gli increduli, ammonisce i fedeli; perché sappiano che una sola è la conoscenza del Padre e del Figlio: fin dove [giungano a] sapere della conoscenza del Figlio, è anche conoscenza del Padre. Per questo al discepolo eletto che chiedeva di mostrar loro il Padre, rispose:

*Da tanto tempo sono con voi e tu non mi hai conosciuto, Filippo? Chi ha visto me, ha visto il Padre* (Gv 14, 9).

tuo et dicas: Contemnis me; considera, forsitan dominus tuus sum. Hinc et Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait: *Puto autem, et ego Spiritum Dei habeo.* *Qui dicit, puto*, dubitare videtur: sed ille increpabat, non dubitabat. Et ipse Dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani: *Cum venerit*, inquit: *Filius hominis, putas, inveniet fidem in terra?*

4. Iam, quantum existimo, intellexistis quomodo sit positum *forsitan*: ne quis verborum appensor et syllabarum examinador, veluti latine loqui sciens, reprehendat verbum quod dixit Dei Verbum; et reprehendendo Dei Verbum, non eloquens, sed mutus remaneat. Quis enim loquitur sic, quomodo loquitur Verbum quod erat in principio apud Deum? Noli verba ista considerare, et ex his verbis assuetis illud Verbum metiri velle quod Deus est. Audis enim Verbum et contemnis; audi Deum et time: *In principio erat Verbum.* Tu revocas ad usum sermocinationis tuae, et dicis apud te: Quid est verbum? quid magnum est verbum? sonat et transit; verberato aere aurem percutit, postea non erit. Audi adhuc: *Verbum erat apud Deum*: manebat, non sonando transibat. Adhuc forte contemnis: *Deus erat Verbum.* Apud teipsum, o homo, cum est in corde tuo verbum, aliud est quam sonus: sed verbum quod est apud te, ut transeat ad me, sonum quasi vehiculum quaerit. Assumit ergo sonum, imponit se quodammodo in vehiculum, transcurrit aerem, venit ad me, nec recedit a te. Sonus autem ut veniret ad me, recessit a te, nec perstitit apud me. Verbum ergo quod erat in corde tuo, numquid sono praetereunte praeteriit? Quod cogitabas dixisti; et ut ad me perveniret quod apud te latebat, syllabas sonuisti: sonus syllabarum perduxit ad aurem meam cogitationem tuam; per aurem meam descendit in cor meum cogitatio tua, sonus medius transvolavit: verbum vero illud quod assumpsit sonum, antequam sonares, erat apud te; quia sonuisti, est apud me, et non recessit a te. Hoc attende, quisquis es examinador sonorum. Verbum Dei contemnis, qui verbum hominis non comprehendis!

**Scit omnia per quem facta sunt omnia.**

5. Scit ergo omnia per quem facta sunt omnia, et tamen dubitando increpat: *Si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis.* Increpat infideles.

Nam talem sententiam dixit discipulis: sed ibi non est verbum dubitationis, quia non fuit causa increpandae infidelitatis: Nam quod modo dixit Iudaeis: *Si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis*: dixit et discipulis quando eum Philippus interrogavit, imo postulavit et ait: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis*: quasi diceret: Et ipsi te iam novimus, apparuisti nobis, vidimus te, dignatus es eligere nos, secuti sumus te, mirabilia tua vidimus, verba salutis audivimus, praecepta suscepimus, promissa speramus; multum nobis conferre praesentia tua ipse dignatus es: sed tamen cum te noverimus, quia Patrem nondum novimus, inflammamur desiderio illius videndi quem nondum novimus: ac per hoc quia te novimus, sed non nobis sufficit, donec et Patrem noverimus; ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. Et Dominus ut scirent non se nosse quod se putabant iam nosse:

*Tanto tempore vobiscum sum, et me nescitis? Philippe, qui me vidit, vidit et Patrem.*

Numquid habet ista sententia verbum dubitationis? numquid dixit: Qui me vidit, forsitan vidit et Patrem? Quare? Quia fidelis audiebat, non fidei persecutor: ideo non erat Dominus increpator, sed doctor. *Qui me vidit, vidit et Patrem*; et hic: *Si me sciretis, et Patrem meum sciretis*: tollamus verbum quo notata est infidelitas audientium, et ipsa sententia est.

**Cavendum est in utroque naufragium.**

6. Iam hesterno die commendavimus Caritati vestrae, et diximus sententias Ioannis evangelistae, quibus nobis narrat quod a Domino didicit, nec discutiendas fuisse si fieri posset, nisi haereticorum commenta compellerent. Breviter ergo hesterno die, insinuavimus Caritati vestrae, esse haereticos qui vocantur Patripassiani, vel a suo auctore Sabelliani: hi dicunt ipsum esse Patrem qui est Filius; nomina diversa, unam vero esse personam. Cum vult, Pater est, inquit; cum vult, Filius: tamen unus est.

<sup>58</sup> In realtà Lc 18, 8 Vulg.: “Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?”; Sabatier in nota: “Iren. [...] & inf. c. 33. p. 273. c. *Putas, cum Filius hominis venerit, inveniet fidem super terram?* Cypr. ep. 74. p. 141. a. *Putas, cum venerit Filius hominis, inveniet fidem in terra?* & l. de unit. Eccl. p. 203. b. *Filius hominis cum venerit, putas, inveniet fidem in terra?* Hilar. in Ps. 14. n. 8. col. 64. e. *Amen dico vobis, cum venerit Filius hominis, putatis, inveniet fidem super terram?* & in Ps. 58. col. 131. c. *Nunquid cum venerit Filius hominis, inveniet fidem super terram?* [...] Aug. [...] in Joh 8. to. 3. 551. e *Cum venerit Filius hom. putas, inveniet fidem in terra?*”. NCEI omette la traduzione di “putas”, ma tralasciarla nel contesto del commento renderebbe insignificante la citazione.

<sup>59</sup> In realtà Gv 14, 9.

<sup>64</sup> Contrariamente ad Agostino, Beda opta per riferire “dominus” a Dio; tuttavia qui sta svolgendo un esempio che riguarda un semplice uomo proprio per giustificare l’uso che nostro Signore fa dell’avverbio dubitativo. Mi sembra che la versione di Agostino sia più lineare.

Si dissimilis esset Filius Patri, nunquid diceret discipulis suis, *Qui me videt, videt et Patrem?* Nunquid diceret Iudaeis *Si me sciretis, et Patrem meum sciretis?*

*Haec verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo.*<sup>60</sup> Magna fiducia, sine timore: non enim pateretur si nollet, quia nec nasceretur si nollet.

Quid est quod haec verba Jesus in gazophylacio docens in templo locutus est? Gazophylacium locus est ubi thesauri conduntur. Jesus in gazophylacio loquebatur Iudaeis, dum in parabolis locutus est turbis.

Nam gazophylacium fuit Christus, in quo omnia latuerunt mysteria, tunc aperienda, dum ipse qui latuit in littera, loquebatur non in proverbiiis, sed palam omnia fidelibus suis enarrans. Nam et gazophylacia adhaerebant templo,

quia ipse Christus templum est, de quo ipse ait, *Solvite templum hoc* (Joan. II).

Cui omnia mysteria veteris legis adhaerebant, et ad eum omnia respiciebant, donec veniret ad aperienda singulorum gazophylacia mysteriorum, aperiende eo sensus fidelium suorum, ut intelligerent quae latebant, sicut Evangelista ait: *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas* (Luc. XXIV).

Se il Figlio fosse dissimile al Padre, forse che direbbe ai suoi discepoli: *chi ha visto me, ha visto il Padre?* Forse che direbbe ai Giudei: *se conoscete me, conoscereste anche il Padre mio?*

*Gesù pronunciò queste parole nel luogo del tesoro, mentre insegnava nel tempio.* Con grande fiducia, senza timore; infatti non avrebbe patito se non avesse voluto, dato che non si sarebbe neppure incarnato, se non avesse voluto.

Come mai Gesù ha pronunciato queste parole nel luogo del tesoro mentre insegnava nel tempio? Il “gazofilacio” è il luogo in cui sono custoditi i tesori. Gesù parlava ai Giudei nella stanza del tesoro, mentre parlava in parabole alle folle. Infatti stanza del tesoro fu Cristo, in cui furono nascosti tutti i misteri, che sarebbero stati aperti allorché lui, che era nascosto negli scritti, parlava non con proverbi, ma tutto spiegando apertamente ai suoi fedeli. Infatti anche le stanze del tesoro erano addossate al tempio, perché lo stesso Cristo è il tempio, di cui lui stesso dice: *Distruggete questo tempio* (Gv 2, 19). Cui aderivano tutti i misteri della legge antica, e ad esso tutti guardavano, finché fosse venuto ad aprire i tesori dei singoli misteri, coll’aprire i sensi dei suoi fedeli, perché comprendessero le realtà nascoste, come dice l’Evangelista: *Allora aprì loro la mente per comprendere le Scritture* (Lc 24, 45).

Item sunt alii haeretici qui vocantur Ariani. Confitentur quidem unicum Patris Filium Dominum nostrum Iesum Christum, illum Patrem Filii, istum Filium Patris; eum qui Pater est non esse Filium, eum qui Filius est non esse Patrem: confitentur generationem, sed negant aequalitatem. Nos, id est, catholica fides veniens de doctrina Apostolorum, plantata in nobis, per seriem successionis accepta, sana ad posteros transmittenda, inter utrosque, id est, inter utrumque errorem tenuit veritatem. In errore Sabellianorum unus est solus, ipse est Pater qui Filius: in errore Arianorum, alius est quidem Pater, alius Filius; sed ipse Filius non solum alius, sed etiam aliud est: tu in medio quid? Exclusisti sabellianum, exclude et arianum. Pater, Pater est; Filius, Filius est: alius, non aliud; quia *ego et Pater*, inquit, *unum sumus*, sicut etiam hesterno die, quantum potui, commendavi. Cum audit, *sumus*, abscedat confusus sabellianus; cum audit, *unum*, abscedat confusus arianus: gubernet catholicus inter utrumque fidei suae navigium, quoniam cavendum est in utroque naufragium. Dic ergo tu, quod dicit Evangelium: *Ego et Pater unum sumus*. Non ergo diversum, quia *unum*; non unus, quia *sumus*.

7. Paulo ante dixit: *Iudicium meum verum est; quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater*: tamquam diceret: Ideo iudicium meum est verum, quia Filius Dei sum, quia verum loquor, quia ipsa veritas ego sum. Isti carnaliter intellegentes, dixerunt: *Ubi est pater tuus?* Modo audi, ariane: *Neque me scitis, neque Patrem meum*; quia *si me sciretis, et Patrem meum sciretis*. Quid est, *si me sciretis et Patrem, meum sciretis*, nisi, *ego et Pater unum sumus*? Quando vides aliquem alicui similem: intendat Caritas vestra, quotidiana locutio est; non sit vobis arduum quod esse advertitis usitatum: quando ergo vides aliquem alicui similem, et nosti tu cui similis sit, admirans dicis: Quomodo iste homo similis est illi homini! Hoc non diceres, nisi duo essent. Hic ille qui eum ignorat, cui tu istum similem dicis: Itane, inquit, similis est? Et tu ad eum: Quid enim, tu illum non nosti? At ille: Non novi, inquit. Iam tu, ut illum quem nescit, ei notum facias ex praesente quem cernit, respondes et dicis: Hunc vidisti, illum vidisti. Non utique quia hoc dixisti, unum esse asseverasti, et duos negasti: sed propter similitudinem tale dedisti responsum: Istum nosti et illum nosti; valde enim similis est, et nihil distat omnino. Hinc et Dominus: *Si me*, inquit, *sciretis, et Patrem meum sciretis*, non quia Pater est Filius, sed quia Patri similis Filius. Erubescat arianus. Gratias Domino quia et ipse arianus recessit ab errore sabelliano, et non est patripassianus: non dicit ipsum Patrem indutum carne venisse ad homines, ipsum esse passum, ipsum resurrexisse, et quodammodo ad se ascendisse; hoc non dicit: agnoscit mecum Patrem, Patrem esse; et Filium, Filium esse. Sed, o frater, evasisti illud naufragium, quare tendis in alterum? Pater, Pater est; Filius, Filius est: quare dicis dissimilem? quare diversum? quare aliam substantiam?

Si dissimilis esset, numquid diceret discipulis suis: *Qui me vidit, vidit et Patrem?* numquid diceret Iudaeis: *Si me sciretis, et Patrem meum sciretis?*

Unde hoc verum esset, nisi et illud verum: *Ego et Pater unum sumus?*

**Nonnulli credunt sub fato Dominum fuisse.**

8. *Haec verba locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo*: magna fiducia, sine timore. Non enim pateretur quod nollet, qui nec nasceretur si nollet.

Denique quid sequitur? *Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius*. Hoc item nonnulli cum audiunt, sub fato fuisse Dominum Christum credunt, et dicunt: Ecce Christus habebat fatum.

O si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum! Si fatum, sicut nonnulli intellexerunt, a fando dictum est, id est a loquendo; Verbum Dei quomodo habet fatum, quando in ipso Verbo omnia sunt quae condita sunt? Non enim aliquid Deus constituit quod ante nescivit; in Verbo ipsius erat quod factum est. Mundus factus est; et factus est, et ibi erat. Quomodo et factus est, et ibi erat? Quia domus quam aedificat structor, prius in arte erat; et ibi melius erat, sine vetustate, sine ruina: tamen ut ostendat artem, fabricat domum; et processit quodammodo domus ex domo; et si domus ruat, ars manet. Ita apud Dei Verbum erant omnia quae condita sunt; quia omnia in sapientia fecit Deus, et cuncta nota fecit: non enim quia fecit didicit, sed quia noverat fecit. Nobis quia facta sunt, nota sunt; illi nisi nota essent, facta non essent. Praecessit ergo Verbum. Et quid ante Verbum Dei? Nihil omnino. Nam si esset aliquid ante, non dictum esset: *In principio erat Verbum*; sed: *In principio factum est Verbum*. Denique de mundo quid ait Moyses?

<sup>60</sup> Gv 8, 20.

Denique quid sequitur, Nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus<sup>61</sup>: scilicet hora dispositionis suae, hora voluntatis suae: quia qui voluntate natus est, voluntate passus est.

Si ergo pati nollet, non pateretur,

sanguis ille non funderetur, mundus non redimeretur. Agamus itaque gratias et potestati divinitatis, et miserationi infirmitatis ejus de occulta **patientia**, quam Iudaei non noverant, unde illis modo dictum est, *Neque me nostis, neque Patrem meum*;<sup>62</sup> et de carne suscepta, quam Iudaei noverant, et cujus patriam sciebant, unde illis alio loco dixit, *Et me nostis, et unde sim scitis* (Joan. VII)<sup>63</sup>. Utrumque noverimus in Christo, et unde aequalis est Patri, et unde illo major est Pater. Illud Verbum est, illud caro: illud Deus est, illud homo; sed unus Christus, Deus et homo.

Da ultimo ciò che segue: *E nessuno lo arrestò, perché non era ancora venuta la sua ora*; ossia l'ora della sua decisione, l'ora della sua volontà; perché lui che è nato volontariamente, ha patito volontariamente.

Se dunque non avesse voluto non avrebbe patito;

il suo sangue non sarebbe stato versato, il mondo non sarebbe stato redento. Rendiamo dunque grazie sia alla potenza della sua divinità sia alla misericordia della sua debolezza, per l'occulta pazienza che i Giudei non hanno conosciuto, per cui ora viene loro detto: *Voi non conoscete né me né il Padre mio*; sapevano sia della carne da lui assunta, che i Giudei conoscevano, sia della sua patria, per cui in altro passo disse loro: *voi mi conoscete e sapete di dove sono* (Gv 7, 28). Nel Cristo abbiamo conosciuto l'uno e l'altro: il motivo per cui è uguale al Padre, e quello per cui il Padre è più grande di lui. Quello [per cui] è il Verbo e quello per cui è carne; quello per cui è Dio, e quello per cui è uomo; ma uno è Cristo, Dio e uomo.

*In principio fecit Deus coelum et terram. Fecit quod non erat: si ergo fecit quod non erat, ante quid erat? In principio erat Verbum. Et unde coelum et terra? Omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo ponis Christum sub fato? Ubi sunt fata? In coelo, inquis, in ordine et conversionibus siderum. Quomodo ergo fatum habet, per quem factum est coelum et sidera; cum tua voluntas, si recte sapias, transcendat et sidera? An quia nosti Christi carnem fuisse sub coelo, ideo putas et potestatem Christi subditam coelo?*

**9.** Audi, stulte: *Nondum venerat hora eius*, non qua cogere mori, sed qua dignaretur occidi. Noverat enim ipse quando deberet mori: intendit omnia quae praedicta sunt de illo, et exspectabat finiri omnia quae praedicta sunt ante eius passionem futura; ut cum impleta essent, tunc veniret et passio, dispositionis ordine, non fatali necessitate. Denique audite, ut probetis: inter caetera quae de illo prophetata sunt, scriptum est etiam: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto*. Quomodo facta sint, in Evangelio novimus. Prius dederunt fel; accepit, gustavit, et despuat: postea in cruce pendens, ut omnia praedicta complerentur, ait: *Sitio*: acceperunt spongiam aceto plenam, in arundine ligaverunt, et admoverunt pendenti; accepit ille et ait: *Perfectum est*. Quid est: *Perfectum est*? Impleta sunt omnia quae ante passionem meam fuerant prophetata: ergo adhuc quid hic facio? Denique posteaquam dixit: *Perfectum est, inclinato capite tradidit spiritum*. Numquid illi latrones iuxta confixi, quando voluerunt, exspiraverunt? Tenebantur vinculis carnis, quia non erant creatores carnis: clavis confixi diu cruciabantur, quia infirmitati non dominabantur. Dominus autem quando voluit, carnem in utero virginali accepit: quando voluit, ad homines processit; quamdiu voluit, inter homines vixit; quando voluit, a carne discessit: hoc est potestatis, non necessitatis. Hanc ergo horam ille exspectabat, non fatalem, sed opportunam et voluntariam: ut prius omnia complerentur, quae ante passionem ipsius compleri oportebat. Nam quomodo sub fati necessitate positus erat, qui alio loco dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit eam a me, sed ego ipse pono eam a me, et iterum sumo eam*? Ostendit hanc potestatem, quando eum Iudaei quaerebant. *Quem quaeritis*, inquit? Et illi: *Iesum*. Et ille: *Ego sum*. Qua voce audita, *redierunt retro et ceciderunt*.

**Quia patientiam docebat, ideo potentiam differebat.**

**10.** Dicit aliquis: Si haec in illo potestas erat, quare, cum Iudaei insultarent pendenti et dicerent: *Si Filius Dei est, descendat de cruce*, non descendit, ut eis suam potestatem descendendo monstraret? Quia patientiam docebat, ideo potentiam differebat. Si enim quasi commotus ad eorum verba descenderet, victus conviciorum dolore putaretur. Prorsus non descendit, fixus permansit, quando vellet abscessurus. Nam quid ei magnum fuit de cruce descendere, qui potuit de sepulcro resurgere? Intellegamus ergo nos quibus hoc ministratum est, potentiam Domini nostri Iesu Christi occultam tunc, manifestam futuram in iudicio: de quo dictum est: *Deus manifestus veniet, Deus noster et non silebit*. Quid est, *manifestus veniet*? Quia venit occultus, veniet manifestus Deus noster, hoc est Christus. *Et non silebit*: quid est, *non silebit*? Quia primo siluit. Ubi siluit? Quando iudicatus est; ut etiam hoc impleteretur, quod et propheta praedixerat: *Sicut ovis ad immolandum ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum*.

Si ergo pati nollet, non pateretur;

si non pateretur, sanguis ille non funderetur; si sanguis ille non funderetur, mundus non redimeretur.

Agamus itaque gratias et potestati divinitatis, et miserationi infirmitatis eius: et de occulta **potentia** quam Iudaei non noverant, unde illis modo dictum est:

*Neque me nostis, neque Patrem meum*; et de carne suscepta quam Iudaei noverant, et cuius patriam sciebant;

unde illis alio loco dixit: *Et me nostis, et unde sim nostis*. Utrumque noverimus in Christo; et unde aequalis est Patri, et unde illo maior est Pater.

Illud Verbum est, illud caro; illud Deus est, illud homo:

sed unus est Christus Deus et homo.

## TRACTATUS XXXVIII

*Ego sum principium, qui et loquor vobis* (Io 8, 21-25).

Quis es ut credamus? Et ille: *Principium*. Ecce quod est esse. Principium mutari non potest; principium in se manet, et innovat omnia; principium est cui dictum est: *Tu*

<sup>61</sup> Anche questa è citazione di Gv 8, 20. In italiano viene evidenziata col corsivo. Agostino cita questo stico all'inizio del successivo tractatus 38 al §1.

<sup>62</sup> Gv 8, 19 Vulg.: "Neque me scitis, neque Patrem meum:"; VL: "Neque me nostis, neque Patrem meum scitis:".

<sup>63</sup> Gv 7, 28 Vulg.: "Et me scitis, et unde sim scitis:"; VL: "Et me nostis, et scitis unde sim:".

Modo de sua passione  
quid loqueretur Christus, audiamus.

*Ego vado, inquit, et quaeritis me.*<sup>65</sup> Non desiderio, sed odio. Nam illum, posteaquam abscessit ab oculis hominum, inquisierunt, et qui oderant, et qui amabant: illi persequendo, isti habere cupiendo.

Bonum est animam Christi quaerere, sed quomodo discipuli eam quaesierunt; et malum est quaerere animam Christi, sed quomodo eam Iudaei quaesierunt. Illi enim ut haberent, isti ut perderent. Denique isti, quia sic quaerebant mori malo corde et perverso: quod secutus adiunxit. Quaeritis me; et ne putetis quia me bene quaeritis:

*In peccato vestro moriemini.*<sup>66</sup> Hoc est Christum male quaerere, in peccato suo mori.

In peccato suo morietur, qui in peccato permanet usque ad mortem. Ille Christum non quaerit, qui salutem animae suae per poenitentiam non quaerit. Ad quem propheta clamat: *Quaerite Dominum dum inveniri potest (Isai. LV).* Qui misericordem dum tempus habet non quaerit, inveniet eum iratum. Iudaeis dixit, *In peccato vestro moriemini*, quia praesciebat eos in peccato suo permanere. Singulari numero dixit *in peccato*, et plurali *vestro (Joan. XIII)*<sup>67</sup>, quia omnibus illis ad quos loquebatur, unam esse voluntatem, aequalem malitiam perendi eum qui salvare eos venerat, sciebat. Alio vero loco discipulis suis dixit:

*Quo ego vado, vos non potestis venire modo.*<sup>68</sup> Non abstulit eis spem, sed praedixit dilationem. Quando enim hoc discipulis Dominus loquebatur, tunc non poterant venire quo ille ibat, sed postea venturi erant. Isti autem nunquam, quibus praescius dixit, *In peccato vestro moriemini.*

His autem auditis verbis, quomodo solent carnalia cogitantes, et secundum carnem iudicantes, et totum carnaliter audientes et sapientes, dixerunt: *Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?*<sup>69</sup>

Stulta verba, et omnino insipientiae plena. Quid enim non poterant illo venire, quo ille perrexit, si interficeret semetipsum? Nunquid ipsi uon erant morituri? Quid est ergo, *Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?* Si de morte hominis diceret, quis hominum non moritur? Ergo *quo ego vado* dixit, non cum itur ad mortem, sed quo ibat ipse post mortem. Illis itaque non intelligentibus ista, respondit eis

Dominus, qui terram sapiebant. Quid ait?

*Dicebat eis, Vos deorsum estis.*<sup>70</sup> Ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis. Quid est, Terram manducatis? terrenis pascimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum cor non habetis.

Vos deorsum estis:

*Ego de supernis sum. Vos de mundo estis, ego non sum de hoc mundo.*<sup>71</sup> Quomodo ergo non erat de hoc mundo, per quem factus est mundus,

Ora ascoltiamo cosa abbia detto Cristo parlando della sua passione.

*Io vado, dice, e voi mi cercherete.* Non per desiderio, ma per odio. Infatti, dopo che sparì agli occhi degli uomini, lo cercarono, sia quelli che lo odiavano, sia quelli che lo amavano: quelli per perseguirlo, questi desiderando averlo.

È bene cercare la vita di Cristo, ma come la cercarono i discepoli; ed è male cercare la vita di Cristo, ma come la cercarono i Giudei. Quelli infatti per averla, questi per sopprimerla. Infine costoro, poiché così cercavano di morire per il cuore malvagio e perverso; cosa che aggiunse di seguito. *Voi mi cercherete*, e, affinché non crediate di cercarmi bene:

*ma morirete nel vostro peccato.* Questo è cercare male Cristo: morire nel proprio peccato.

Morirà nel proprio peccato, chi permane nel peccato sino alla morte. Non cerca Cristo colui che non cerca la salvezza della sua anima mediante la penitenza. A costui il profeta grida: *Cercate il Signore, mentre si fa trovare (Is 55, 6).* Chi, mentre ha tempo, non lo cerca misericorde, lo troverà adirato. Ai Giudei disse, *morirete nel vostro peccato*, perché già sapeva che essi sarebbero rimasti nel loro peccato. Con numero singolare disse: *nel peccato*, e col plurale *vestro (Gv 8, 21)*, perché sapeva che in tutti quelli a cui parlava c'era un'unica volontà, un'uguale malvagità di sopprimere lui, che era venuto per salvarli. Invero in un altro passo disse ai suoi discepoli:

*Dove vado io, voi [ora] non potete venire.* Non tolse loro la speranza, ma predisse una dilazione. Quando infatti il Signore diceva ciò ai discepoli, allora non potevano andare dove egli andava, ma dopo ci sarebbero andati. Ma mai costoro, ai quali, conscio, disse: *morirete nel vostro peccato.*

Ma, ascoltate queste parole, come sogliono quelli che pensano cose carnali, e giudicano secondo la carne, e tutto ascoltano e comprendono carnalmente; dissero: «*Vuole forse uccidersi, dal momento che dice: "Dove vado io, voi non potete venire"?*». Parole stolte e assolutamente piene di insipienza. Perché dunque non potevano andare là dove egli si sarebbe diretto, se si fosse ucciso? Forse che essi non sarebbero morti? Che significa dunque: *Vuole forse uccidersi, dal momento che dice: "Dove vado io, voi non potete venire"?* Se parlava della morte dell'uomo, chi fra gli uomini non muore? Disse quindi *dove vado io*, non in quanto andava alla morte, ma dove egli andava dopo la morte. Dato che essi non capivano ciò, il Signore rispose

a quelli che sapevano di terra. Cosa disse?

*E diceva loro: Voi siete di quaggiù.* Perciò sapete di terra, perché mangiate la terra come il serpente. Che significa, Mangiate la terra? vi pascete di cose terrene, vi diletate di cose terrene, bramate le cose terrene, non avete il cuore rivolto verso l'alto. *Voi siete di quaggiù;*

*io sono di lassù; voi siete di questo mondo, io non sono di questo mondo.* Come dunque non era di questo mondo, lui per mezzo del quale il mondo è stato fatto, e dove

*autem idem ipse es, et anni tui non deficient.*

1. Lectio sancti Evangelii quae praecessit hodiernam, ita concluderat, quia *locutus est docens in gazophylacio Dominus*, quae voluit, et quae audistis: *et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.* Hinc disputatum est dominico die, quod ipse donare dignatus est. Intimavimus Caritati vestrae quare dictum sit: *Nondum venerat hora eius*; ne positum Christum sub aliqua necessitate fatali ulla impietas auderet improbe suspicari. Nondum enim venerat hora qua ex ordine suo, secundum ea quae praedicta sunt de illo, non mori cogereetur invitus, sed occideretur paratus.

**Quomodo Christus quaerendus est.**

2. Modo autem de ipsa passione sua,

quae posita erat non in eius necessitate, sed potestate, locutus est Iudaeis dicens: *Ego vado.* Christo enim Domino mors profectio fuit illo unde venerat, et unde non discesserat.

*Ego, inquit, vado, et quaeritis me:* non desiderio, sed odio. Nam illum posteaquam abscessit ab oculis hominum, inquisierunt et qui oderant et qui amabant:

illi persequendo, illi habere cupiendo.

In Psalmis ait ipse Dominus per prophetam: *Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam:* et iterum ait alio loco in Psalmo: *Confundantur et reveantur requirentes animam meam.* Culpavit qui non requirerent, damnavit qui requirerent.

Malum est enim non quaerere animam Christi, sed quomodo eam quaesierunt discipuli; et malum est quaerere animam Christi, sed quomodo eam Iudaei quaesierunt: illi enim ut haberent, isti ut perderent. Denique isti quia sic quaerebant mori malo, corde perverso, quid secutus adiunxit? *Quaeritis me, et*, ne putetis quia bene me quaeritis,

*in peccato vestro moriemini.* Hoc est Christum male quaerere, in peccato suo mori:

hoc est illum odisse, per quem posset solum salvus esse. Cum enim homines quorum spes in Deo est, non debeant mala reddere nec pro malis, reddebant isti mala pro bonis. Praenuntiavit ergo illis Dominus, dixitque sententiam praescius, quod in suo peccato morerentur. Deinde adiungit: *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Hoc et discipulis alio loco dixit; nec tamen eis dixit: *In peccato vestro moriemini.* Quid autem dixit? Quod et istis:

*Quo ego vado, vos venire non potestis.* Non abstulit spem, sed praedixit dilationem. Quando enim hoc discipulis Dominus loquebatur, tunc non poterant venire quo ille ibat, sed postea venturi erant: isti autem nunquam, quibus praescius dixit: *In peccato vestro moriemini.*

3. His autem auditis verbis, quomodo solent carnea cogitantes, et secundum carnem iudicantes, et totum carnaliter audientes atque sapientes, dixerunt: *Numquid interficiet semetipsum; quia dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire?*

Stulta verba, et omnino insipientiae plena. Quid enim? non poterant illo venire quo ille perrexisset, si interficeret semetipsum? Numquid ipsi non erant morituri? Quid est ergo: *Numquid interficiet semetipsum; quia dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire?* Si de morte hominis diceret, quis homo non moritur? Ergo *quo ego vado* dixit, non cum itur ad mortem, sed quo ibat ipse post mortem. Illi itaque non intellegentes, ista responderunt.

**Christus de supernis, id est a Patre.**

4. Et Dominus ad eos qui terram sapiebant, quid ait?

*Et dicebat eis: Vos de deorsum estis.* Ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis. Quid est, terram manducatis? Terrenis pascimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum cor non habetis.

*Vos de deorsum estis;*

*ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo.* Quomodo enim erat de mundo, per quem factus est mundus?

<sup>65</sup> Gv 8, 21.

<sup>66</sup> Gv 8, 21.

<sup>67</sup> Può essere citazione di Gv 8, 21. o anche 24.

<sup>68</sup> Gv 8, 21.

<sup>69</sup> Gv 8, 22.

<sup>70</sup> Gv 8, 23.

<sup>71</sup> Gv 8, 23.

et semper ubi est, et omnes de mundo (*sic*)?

Sed prius mundus, postea homo;

et Christus ante mundum, ante Christum nihil, quia *in principio erat Verbum*, et omnia per ipsum facta sunt.<sup>72</sup> Sic enim erat ille de supernis. De quibus supernis?

Christus ab ipso Patre. Nihil illo superius, quia Verbum genuit aequale sibi, coaeternum sibi, unigenitum sibi, sine tempore, per quem conderet tempora.

Ideo Christus ante omnes creaturas, et ante omnia tempora: quia de Patre coaeternus Patri genitus est.

*Ego de supernis sum, vos de hoc mundo estis. Ego non sum de hoc mundo.*

*Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris,*<sup>73</sup> Exposuit nobis, fratres, quid intelligi voluit, *Vos de hoc mundo estis.* Ideo quippe dixit, *Vos de hoc mundo estis*, quia peccatores erant, quia iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant. Numquid apostoli et sancti Dei

de hoc mundo non erant?

Erant quidem, quia de Adam nati sunt; sed ipsa Veritas de his ait:

*Ego elegi vos de mundo (Joan. XV);*

id est, de carnali conversatione, quae mundi nomine hoc loco significari videtur.

Qui ergo erant de mundo, facti sunt non de mundo, et pertinere coeperunt ad eum, per quem factus est mundus. Isti autem remanserunt esse in mundo, quibus dictum est: *Moriemini in peccatis vestris.*

Nemo dicat, De hoc mundo non sum. Quisquis es, o homo, de hoc mundo es. Sed venit ad te, qui fecit mundum, et liberavit te de hoc mundo.

Si delectat te mundus, semper vis esse immundus. Si autem jam non delectat te hic mundus, jam tu eris mundus,

et non audies, quod Iudaei audierunt, *Moriemini in peccatis vestris,*

et qui plus peccat, plus est in mundo, et plus immundus: et quanto quis se mundat a peccato, tanto se declarat de mundo non esse.

Merito audierunt Iudaei, *Moriemini in peccatis vestris:* quia non habere peccatum nullo modo potestis, qui cum peccato nati estis; sed tamen si in me, inquit, credideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas ipsa erat, non peccatum habere, sed in peccatis mori, hoc est, quod debet fugere omnis Christianus. Propter hoc ad baptismum corrigitur. Propter hoc, si aegritudine vel aliunde periclitatur, sibi quisque desiderat subveniri. Propter hoc etiam surgens parvulus a matre piis manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine baptismo exeat, et in peccato, quo natus est, moriatur.

sempre è, e tutti [sono] del mondo (*sic*)?

Ma prima il mondo, e quindi l'uomo;

è Cristo prima del mondo, prima di Cristo nulla, perché *in principio era il Verbo*; e tutto è stato fatto per mezzo di lui. Sicché egli era di lassù. Di quale lassù?

Cristo ha origine dal Padre. Nulla è al di sopra di lui, perché ha generato il Verbo uguale a sé, coeterno a sé, unigenito da sé, senza tempo, per mezzo del quale ha creato i tempi.

Dunque Cristo [è] prima di tutte le creature, e di tutti i tempi; perché dal Padre è stato generato coeterno al Padre.

*Io sono di lassù; voi siete di questo mondo, io non sono di questo mondo.*

*Vi ho detto che morirete nei vostri peccati.* Ci ha spiegato, fratelli, come voleva che intendessimo *Voi siete di questo mondo.* Pertanto certamente ha detto *voi siete di questo mondo*, perché erano peccatori, perché erano iniqui, perché erano increduli, perché sapevano delle cose terrene. Forse che gli Apostoli e i santi di Dio

non erano di questo mondo?

Lo erano di certo, siccome sono nati da Adamo; ma la Verità stessa di loro disse:

*vi ho scelti io dal mondo (Gv 15, 19);*

cioè dalla frequentazione carnale, che in questo passo vediamo essere citata col nome di “mondo”.

Dunque coloro che erano “del mondo”, sono resi “non del mondo”, e cominciarono ad appartenere a colui per mezzo del quale il mondo è stato fatto. Invece questi, cui fu detto: *Morirete nei vostri peccati*, hanno continuato ad essere nel mondo.

Nessuno dica: Io non sono di questo mondo. Chiunque tu sia, o uomo, sei di questo mondo. Ma è venuto a te colui che ha fatto il mondo, e ti ha liberato da questo mondo.

Se il mondo ti diletta, vuoi seguire ad essere immondo. Se invece non ti diletta più questo mondo, tu già sarai mondo,

e non udrai ciò che sentirono i Giudei: *Morirete nei vostri peccati,*

e chi più pecca più è nel mondo, e più immondo; e quanto più uno si monda dal peccato, altrettanto dichiara di non essere del mondo.

Meritatamente i Giudei sentirono: *Morirete nei vostri peccati*; perché non è in alcun modo possibile per voi non avere il peccato, dato che siete nati col peccato; ma tuttavia se crederete in me, dice, siete certo nati col peccato, ma non morirete nel vostro peccato. Tutta l'infelicità era quella non di avere il peccato, ma di morire nei peccati; cioè quanto deve fuggire ogni cristiano. Per questo si ricorre al battesimo. Per questo se si è in pericolo per malattia o altro, ciascuno desidera essere soccorso. Per questo anche il bambino appena nato con pie braccia è portato alla Chiesa dalla madre, perché non se ne vada senza battesimo, e muoia nel peccato con cui è nato.

Omnes de mundo

post mundum;

quia prius mundus, et sic homo

de mundo: prius autem Christus, deinde mundus; quoniam

ante mundum Christus, ante Christum nihil: quia *in principio erat Verbum*; omnia per ipsum facta sunt. Sic ergo erat ille de supernis. De quibus supernis?

De aere? Absit: ibi et aves volitant. De coelo quod videmus? Et hoc absit: ibi et stellae et sol et luna circumeunt. De Angelis? Neque hoc intellegatis: per illum et Angeli facti sunt, per quem omnia facta sunt. De quibus ergo supernis

Christus? Ab ipso Patre. Nihil illo Deo superius, qui Verbum genuit aequale sibi, coaeternum sibi, unigenitum, sine tempore, per quem conderet tempora.

Sic ergo accipe Christum de supernis, ut excedas cogitatione tua omne quod factum est; universam omnino creaturam, omne corpus, omnem conditum spiritum, omnem rem quoquo modo mutabilem: totum excede, sicut excessit Ioannes, ut contingeret: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*

**5.** *Ego ergo, inquit, de supernis sum. Vos de hoc mundo estis: ego non sum de hoc mundo.*

*Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris.* Exposuit nobis, fratres, quid intellegi voluerit: *Vos de hoc mundo estis.* Ideo quippe dixit: *Vos de hoc mundo estis*, quia peccatores erant, quia iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant. Nam quid vobis videtur de sanctis Apostolis?

Quantum intererat inter Iudaeos et Apostolos? Quantum inter tenebras et lucem, quantum inter fidem et infidelitatem, quantum inter pietatem et impietatem, quantum inter spem et desperationem, quantum inter caritatem et cupiditatem: multum ergo intererat. Quid ergo? quia tantum intererat, Apostoli

de mundo non erant?

Si cogites quomodo nati sint, et unde venerint; quia omnes ex Adam venerant, de hoc mundo erant. Sed quid eis ait ipse Dominus?

*Ego vos de mundo elegi.*

Qui ergo de mundo erant, facti sunt non de mundo, et pertinere coeperunt ad eum per quem factus est mundus. Isti autem remanserunt esse de mundo, quibus dictum est: *Moriemini in peccatis vestris.*

**6.** Nemo ergo dicat, fratres: De hoc mundo non sum. Quisquis es homo, de hoc mundo es: sed venit ad te qui fecit mundum, et liberavit te de hoc mundo.

Si delectat te mundus, semper vis esse immundus; si autem iam non te delectat hic mundus, iam tu es mundus.

Verumtamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habitet in te qui mundat, et eris mundus.

Si autem fueris mundus, non remanebis in mundo;

nec audies quod audierunt Iudaei: *Moriemini in peccatis vestris.*

Omnes enim cum peccato nati sumus; omnes vivendo ad id quod nati eramus addidimus, magisque de mundo facti sumus, quam tunc quando de parentibus nostris nati sumus. Et ubi essemus, si ille non veniret, qui non habebat omnino peccatum, ut solveret omne peccatum? In quem Iudaei quia non credebant,

merito audierunt: *Moriemini in peccatis vestris:* quia non habere peccatum nullo modo potuistis, qui cum peccato nati estis, sed tamen si in me, inquit, credideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas Iudaeorum ipsa erat, non, peccatum habere, sed in peccatis mori. Hoc est quod debet fugere omnis christianus: propter hoc ad Baptismum corrigitur; propter hoc qui aegritudine vel aliunde periclitantur, sibi desiderant subveniri; propter hoc etiam sugens parvulus a matre piis manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine Baptismo exeat, et in peccato quo natus est moriatur.

Infelicissima conditio, misera sors istorum, qui de ore veridico audierunt: *In peccatis vestris moriemini.*

**Reddita est spes desperantibus.**

**7.** Unde tamen hoc eis contingat, exponit: *Si enim non credideritis quia ego sum,*

<sup>72</sup> Gv 1, 1. 3.

<sup>73</sup> Gv 8, 24.

Adjunxit enim **dicens**: *Si non credideritis, moriemini in peccatis vestris.*<sup>74</sup>

Reddita spes est desperantibus, excitatio facta est dormientibus cordibus, evigilaverunt, inde plurimi crediderunt, sicut Evangelii ipsius consequentia testatur **ubi ait**:

*Haec illo loquente, multi crediderunt in eum.*<sup>75</sup>

In hoc ergo populo, cui Dominus loquebatur, erant, qui in peccato suo fuerant morituri, et qui in ipsum qui loquebatur, fuerant credituri, et ab omni peccato liberandi. Tamen hoc attende, quod ait Dominus Christus: *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Quid est, *si non credideritis, quia ego sum?* **Qui** nihil addidit, multum est, quod commendavit.

Dixit, *ego sum*, et non addidit, quid: sive Christus, sive Filius Dei, sive ille, quem prophetae praedixerunt, sive Salvator mundi, sive aliud aliquid quod de eo in Scripturis legitur.

Multum est quod ait ipsum, *Ego sum*: quia dixerat Deus Mosi, *Ego sum qui sum* (Exod. III),

et hic modo, *Nisi credideritis quia ego sum*, eodem modo verbo essentiae sempiternae usus est ad populum Judaeorum, quo tunc ad Mosen per angelum in rubo flammae ignis, quem missurus erat ad liberandum populum suum. Quid est quod hic dixit, *Ego sum?* nisi: Ille ipse, qui tunc veni in angelo mittere Mosen servum meum ad liberandum populum meum, ego ipse modo per me ipsum veni incarnatus,

homo factus, liberare homines, quos creavi, salvare qui perdit fuerant. Quidquid enim aliquo modo mutari potest, vel in melius, vel in deterius, quodammodo moritur ab eo quod fuit ante, dum incipit aliud esse, vel aliter esse, quam fuit. Solus vero Deus semper idem est, immutabilis veritas, immutabilis bonitas, immutabilis sempiternitas, immutabilis natura, immutabilis substantia; et quidquid de eo dici potest, semper idem est, quod fuit et erit.

Prorsus nihil aliud melius videtur intelligi in hoc verbo, quod ait Dominus, *Ego sum*: nisi, *Ego sum Deus*.

*Moriemini in peccato vestro.*

Aggiunse infatti, dicendo: *se [...] non credete [...], morirete nei vostri peccati.*

È ridata la speranza a chi dispera, vengono risvegliati i cuori dormienti; si sono svegliati, poi molti hanno creduto, come attesta il seguito del Vangelo stesso, dove dice:

*A queste sue parole, molti credettero in lui.*

Dunque, tra quella gente alla quale il Signore parlava, c'erano di quelli che sarebbero morti nel loro peccato, e di quelli che avrebbero creduto in lui che parlava, e sarebbero stati liberati da ogni peccato. Bada tuttavia a ciò che dice Cristo Signore: *se [...] non credete che Io Sono, morirete nei vostri peccati.* Che significa: *se non credete che Io Sono?* Lui non ha aggiunto nulla; è molto ciò che [ci] ha affidato.

Ha detto *Io sono*, e non ha aggiunto cosa: sia Cristo, sia il Figlio di Dio, sia colui che hanno predetto i profeti, sia il Salvatore del mondo, sia qualcos'altro di ciò che si legge nelle Scritture.

È molto che egli abbia detto *Io sono*; perché Dio aveva detto a Mosè: *Io sono colui che sono* (Es 3, 14),

e qui ora, *se non credete che Io Sono*; per la folla di Giudei si serve del verbo dell'essenza sempiterna nello stesso modo in cui allora [si era servito] verso Mosè nel rovetto ardente per mezzo dell'angelo, che lo mandava a liberare il suo popolo. Cosa significa ciò che disse qui: *Io sono?* Se non: Quello stesso che allora venni nell'angelo per inviare il mio servo Mosè a liberare il mio popolo, ora io stesso da me stesso sono venuto incarnato, fatto uomo, per liberare gli uomini, che ho creato, per salvare coloro che erano persi. Tutto ciò, infatti, che in qualche modo può mutarsi, o in meglio, o in peggio, in un certo modo muore a ciò che fu, mentre inizia ad essere altro, o in altro modo, da ciò che fu. Solo Dio, invero, rimane sempre identico, immutabile verità, immutabile bontà, immutabile eternità, immutabile natura, immutabile sostanza; e tutto ciò che di lui si può dire, è sempre identico: ciò che fu anche sarà.

Assolutamente niente di meglio sembra potersi intendere con questo verbo che il Signore pronuncia, *Io sono*, se non: Io sono Dio.

*Morirete nei vostri peccati.*

*moriemini in peccatis vestris.* Credo, fratres, in illa multitudine quae Dominum audiebat, et eos fuisse qui credituri erant. Quasi autem in omnes processerat severissima illa sententia: *In peccato vestro moriemini*; ac per hoc et illis qui credituri erant, spes erat ablata: illi saeviebant, illi timebant; imo non timebant, sed iam desperabant. Revocavit eos in spem;

adiunxit enim: *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.*

Ergo si credideritis quia ego sum, non moriemini in peccatis vestris.

Reddita est spes desperantibus, excitatio facta est dormientibus, cordibus evigilaverunt: inde plurimi crediderunt, sicut Evangelii ipsius consequentia testantur.

Erant enim illic membra Christi, quae nondum adhaeserant corpori Christi: et in illo populo a quo crucifixus est, a quo in ligno suspensus est, a quo pendens irrisus est, a quo lancea vulneratus est, a quo felle et aceto potatus est, erant membra Christi, pro quibus dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Quid autem converso non ignoscitur, si fusus Christi sanguis ignoscitur? Quis homicida desperet, si in spem redditus est a quo etiam Christus occisus est? Crediderunt inde multi; donatus est eis sanguis Christi, ut magis eum biberent quo liberarentur, quam rei de illo effuso tenerentur: quis desperet? Et si in cruce latro salvatus est, ante paululum homicida, post paululum accusatus, convictus, damnatus, suspensus, liberatus; noli mirari. Ubi convictus, ibi damnatus: sed ibi liberatus, ubi mutatus.

In hoc ergo populo cui Dominus loquebatur, erant qui in peccato suo fuerant morituri: erant etiam qui in ipsum qui loquebatur, fuerant credituri, et ab omni peccato liberandi.

**8.** Tamen hoc attende quod ait Dominus Christus: *Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Quid est: *Si non credideritis quia ego sum?* **Ego sum, quid?** Nihil addidit; et quia nihil addidit, multum est quod commendavit.

Exspectabatur enim ut diceret quid esset, nec tamen dixit. Quid exspectabatur ut diceret? Forte: *Nisi credideritis quia ego sum* Christus; *nisi credideritis quia ego sum* Dei Filius; *nisi credideritis quia ego sum* Verbum Patris; *nisi credideritis quia ego sum* conditor mundi; *nisi credideritis quia ego sum* hominis formator et reformator, creator et recreator, factor et refactor: *nisi hoc credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.*

Multum est quod ait ipsum: *Ego sum*: quia sic dixerat et Deus Moysi: *Ego sum qui sum.*

Quis digne eloquatur quid sit, *sum?* Mittebat Deus per angelum suum, servum suum Moysen ad liberandum ex Aegypto populum suum (legistis quod audistis, et nostis; commemoro tamen); mittebat trementem; excusantem, sed obedientem. Cum ergo excusaret, ait Deo, quem loqui in angelo intellegebat: Si dixerit mihi populus: Et quis est Deus qui misit te, quid eis dicam? Et Dominus ad eum: *Ego sum qui sum*: et repetivit: *Dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos.* Non ait et ibi: *Ego sum Deus*; aut: *Ego sum mundi fabricator*; aut: *Ego sum omnium rerum creator*; aut: *Ego sum ipsius populi liberandi propagator*: sed hoc tantum: *Ego sum qui sum*; et: *Dices filiis Israel: Qui est*; non addidit: *Qui est Deus vester*, qui est Deus patrum vestrorum, sed tantum hoc dixit: *Qui est, misit me ad vos.* Forte multum erat et ad ipsum Moysen, sicut multum est et ad nos, et multo magis ad nos, intellegere quid dictum sit: *Ego sum qui sum*; et: *Qui est, misit me ad vos.* Et si forte caperet Moyses, illi ad quos mittebatur quando caperent? Distulit ergo Dominus quod capere homo non posset, et addidit quod capere posset: adiunxit enim et ait: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob.* Hoc potes capere: Nam *Ego sum qui sum*, quae mens potest capere?

**Audebo ipsum Dominum interrogare?**

**9.** Quid ergo nos? audebimusne aliquid dicere ex hoc quod dictum est: *Ego sum qui sum*: vel potius ex hoc quod Dominum dicere audistis: *Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris?*

Itane his viribus meis tantillis et pene nullis, audebo disputare quid sit quod ait Dominus Christus: *Nisi credideritis quia ego sum?* Audebo ipsum Dominum interrogare: audite me interrogantem potius quam disputantem, magis quaerentem quam praesumentem, potius discentem quam docentem, et certe in me vel per me etiam vos interrogate. Praesto est etiam ipse Dominus qui ubique est, audiat interrogandi affectum, et intellegendi praestet effectum. Nam ego quibus verbis, et si forte aliquid capio, perducere possim quod capio ad corda vestra? Quisnam sufficit sonus? quae suppetit eloquentia? quae vires intellegendi? quae facultas proferendi?

<sup>74</sup> Gv 8, 24 Vulg.: "si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro."; VL: "... , moriemini in peccatis vestris."

<sup>75</sup> Gv 8, 30.

Sed illi semper terrena sapientes, et semper secundum carnem audientes, et respondentes, quid illi dixerunt?

*Tu quis es?*<sup>76</sup> Non enim cum dixisti, *Nisi credideritis quia ego sum*, addidisti quis esses. *Quis es ut credamus?*<sup>77</sup> Et ille:

*Principium.*<sup>78</sup> Ecce quod est, Esse principium, mutari non potest. Principium in se manet, et innovat omnia. Principium est, cui dictum est: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.*<sup>79</sup> *Principium*, ait, *qui et loquor vobis.*<sup>80</sup>

Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Tanquam enim in eo quod dixerant, *Tu quis es?* nihil aliud dixissent, quam, Quid te esse credamus? respondit,

Ma quelli che sempre sapevano delle cose terrene, e sempre ascoltavano secondo la carne, e rispondevano, cosa gli dissero?

*Tu, chi sei?* Infatti quando dicesti, *se non credete che Io Sono*, non hai aggiunto chi tu sia. Chi sei, così che crediamo? Ed egli:

*Il Principio.* Ecco cos'è. Essere il principio non può essere mutato. Il principio permane in sè, e rinnova ogni cosa. È il principio, cui è detto: *Ma tu sei sempre lo stesso e i tuoi anni non hanno fine. Il Principio*, dice, *che anche parlo a voi.* Credetemi il Principio, per non morire nei vostri peccati. Infatti come se in ciò che avevano detto, *Tu, chi sei?*, non avessero detto inent'altro che: Chi [dobbiamo] credere che sei? rispose:

10. Dicam ergo Domino nostro Iesu Christo, dicam, et audiat me. Credo praesentem, omnino non dubito; ipse enim dixit: *Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi.* O Domine Deus noster, quid est quod aisti: *Nisi credideritis quia ego sum?* Quid enim non est eorum quae fecisti? Numquid coelum non est? numquid terra non est? numquid non sunt ea quae in terra et in coelo sunt? numquid homo ipse cui loqueris non est? numquid angelus quem mittis non est? Si omnia sunt haec quae per te facta sunt, quid est quod tibi proprium quiddam tenuisti ipsum esse, quod aliis non dedisti, ut tu solus esses? Nam quomodo audio: *Ego sum qui sum*; quasi alia non sint? et quomodo audio: *Nisi credideritis quia ego sum?* Illi enim non erant qui audiebant? Et si peccatores erant, homines erant. Quid ergo facio? Quid sit ipsum esse, dicat cordi, intus dicat, intus loquatur; homo interior audiat, mens capiat vere esse: est enim semper eodem modo esse. (Res enim aliqua, quaelibet omnino: quasi coepi disputare, et destiti quaerere; forte quod audivi volo loqui, auditui meo det exultationem et vestro cum loquor): res enim quaelibet, prorsus qualicumque excellentia, si mutabilis est, non vere est; non enim est ibi verum esse, ubi est et non esse. Quidquid enim mutari potest, mutatum non est quod erat: si non est quod erat, mors quaedam ibi facta est; peremptum est aliquid ibi quod erat, et non est. Nigredo mortua est in capite albescentis senis, pulchritudo mortua est in corpore fessi et incurvi senis, mortuae sunt vires in corpore languentis, mortua est statio in corpore ambulantis, mortua est ambulatio in corpore stantis, mortua est ambulatio et statio in corpore iacentis, mortua est locutio in lingua tacentis: quidquid mutatur et est quod non erat, video ibi quamdam vitam in eo quod est, et mortem in eo quod fuit. Denique de mortuo cum dicitur: Ubi est homo ille? respondetur: Fuit. O veritas quae vere es! Nam in omnibus actionibus et motibus nostris, et in omni prorsus agitatione creaturae duo tempora invenio, praeteritum et futurum. Praesens quaero, nihil stat: quod dixi, iam non est; quod dicturus sum, nondum est: quod feci, iam non est; quod facturus sum, nondum est: quod vixi, iam non est; quod victurus sum, nondum est. Praeteritum et futurum invenio in omni motu rerum: in veritate quae manet, praeteritum et futurum non invenio, sed solum praesens, et hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Discute rerum mutationes, invenies Fuit et Erit: cogita Deum, invenies Est, ubi Fuit et Erit esse non possit. Ut ergo et tu sis, transcede tempus. Sed quis transcendet viribus suis? Levet illuc ille qui Patri dixit: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum.* Hoc itaque promittens ne moriamur in peccatis nostris, nihil aliud Dominus Iesus Christus mihi videtur his verbis dixisse: *Nisi credideritis quia ego sum*: prorsus nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse quam hoc: *Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Bene: Deo gratias, quia dixit: *Nisi credideritis*: non dixit: *Nisi ceperitis.* Quis enim hoc capiat? Aut vere, quia ausus sum dicere, et visi estis intellegere, aliquid de tanta ineffabilitate cepistis? Si ergo non capis, fides te liberat. Ideo et Dominus non ait: *Nisi ceperitis quia ego sum*; sed quod poterant dixit: *Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.*

**In se manens et innovans omnia.**

11. Et illi semper terrena sapientes et semper secundum carnem audientes et respondentes, quid ei dixerunt?

*Tu quis es?* Non enim cum dixisti: *Nisi credideritis quia ego sum*, addidisti quid esses. Quis es, ut credamus? Et ille:

*Principium.* Ecce quod est esse. Principium mutari non potest: principium in se manet, et innovat omnia; principium est, cui dictum est: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* *Principium*, ait, *quia et loquor vobis.*

Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Tamquam enim in eo quod dixerunt: *Tu quis es?* nihil aliud dixerint quam: Quid te esse credimus? respondit:

*Principium*; id est: Principium me credite. In graeco namque eloquio discernitur, quod non potest in latino. Apud graecos enim feminini generis est principium, sicut apud nos lex generis feminini est, quae apud illos est masculini: sicut sapientia et apud nos et apud illos generis feminini est. Consuetudo locutionis ideo per diversas linguas variat genera vocabulorum, quia in ipsis rebus non invenis sexum. Non enim sapientia vere femina est, cum Christus sit Dei Sapientia, et Christus appelletur genere masculino, sapientia feminino. Cum ergo dicerent Iudaei: *Tu quis es?* ille qui sciebat

<sup>76</sup> Gv 8, 25.

<sup>77</sup> In realtà è estensione del breve passo appena citato. “Quis es ut” compare una sola volta in Vulg. in Gv 1, 22; “ut credamus” un sola volta in 1Gv 3, 23. In italiano evidenzio col corsivo solo la prima parte.

<sup>78</sup> Gv 8, 25. NCEI traduce: “Proprio ciò che io vi dico.”, su calco di VulgN: “In principio: id quod et loquor vobis!”; il contesto del commento richiede una traduzione secondo Vulg.

<sup>79</sup> Sal 101, 28.

<sup>80</sup> Gv 8, 25. Per la traduzione si veda nota qui sopra.



Principium me esse credite, et addidit, *quod et loquor vobis*, id est, qui humilis propter vos factus, ad ista verba descendi. Nam si principium, sicuti est, ita maneret apud Patrem, ut non acciperet formam servi, et homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce, ceu sensibilia, videre non possent? Ergo, inquit, credite me esse principium: quia ut credatis, non solum sum, sed et loquor vobis.

Verba sunt Domini nostri Jesu Christi, quae habuit cum Iudaeis, ita moderans loquelam suam, ut caeci non viderent, et fideles oculos aperirent.

Dicebant ergo Iudaei, *Tu quis es?*<sup>82</sup> quia dixerat supra Dominus: *Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.*<sup>83</sup> Ad hoc ergo illi, *Tu quis es?* Veluti quaerentes nosse, in quem deberent credere, ne in suo peccato morentur. Respondit dicentibus *Tu quis es?* et ait: *Principium, qui et loquor vobis (Psal. CIII)*<sup>84</sup>. Quare se dicit Dominus Jesus principium?

Principium, quia omnia per ipsum facta sunt, sicut Psalmista dicit: *Omnia in sapientia fecisti.*<sup>85</sup> Si igitur omnia in sapientia fecit Deus, id est, Filio suo coaeterno sibi et substantiali, Filius utique omnium principium est.

Utique recte dicitur et Pater principium, et Filius principium: non tamen duo principia:<sup>86</sup> sicut Pater Deus, et Filius Deus, non tamen duo dii, sed unus Deus dicendus est. Sic Pater principium, et Filius principium, non tamen duo principia, sed unum principium fatendum est. Ergo et Spiritus sanctus principium est; non tamen tria principia, Pater et Filius, et Spiritus sanctus, sed unum principium: sicut Pater Deus, Filius Deus, et Spiritus sanctus Deus;

Credete che io sono il Principio, e aggiunse: *che anche parlo a voi*, cioè, che, fatto umile<sup>81</sup> per voi, mi sono abbassato a queste parole. Se infatti, principio, quale è, fosse rimasto presso il Padre così da non prendere la forma di servo, e da parlare da uomo agli uomini, come avrebbero creduto in lui, dato che i cuori deboli non possono vedere parola senza voce, ossia il sensibile? Pertanto, dice, credete che io sono il principio; in quanto, affinché crediate, non soltanto sono, ma anche parlo a voi.

Sono parole di nostro Signore Gesù Cristo, che rivolse ai Giudei, dosando il suo linguaggio in modo che i ciechi non vedessero e i fedeli aprissero gli occhi.

[I Giudei] dissero allora: «Tu, chi sei?» perché sopra il Signore aveva detto: *se [...] non credete che Io Sono, morirete nei vostri peccati.* A ciò, quindi, quelli: *Tu, chi sei?* Come cercando di sapere in chi dovevano credere per non morire nel proprio peccato. A coloro che dicevano *tu chi sei?* Rispose, e disse: *Il Principio, che anche a voi parlo (Gv 8, 25).* Perché il Signore Gesù si dice “principio”?

Principio, perché tutto è stato fatto per mezzo di lui, come dice il Salmista: *Le hai fatte tutte con sapienza (Sal 103, 24).* Se dunque Dio fece tutto con sapienza, cioè col suo Figlio a lui coeterno e [con]sustanziale, il Figlio è senz’altro il principio di tutto.

Senz’altro correttamente si dice principio il Padre, e principio il Figlio; tuttavia non due principii. Come il Padre è Dio, e il Figlio è Dio, tuttavia non: due dei, ma si deve dire: un solo Dio; così il Padre è principio, e il Figlio è principio, tuttavia non due principii, ma un solo principio va palesato. Quindi anche lo Spirito santo è principio, tuttavia non tre principii: Padre e Figlio e Spirito santo, ma un solo principio; così come il Padre è Dio, il Figlio è Dio, e lo Spirito santo è Dio;

esse ibi quosdam credituros, et ideo dixisse: *Tu quis es?* ut scirent quid illum credere deberent, respondit: *Principium*: non tamquam diceret: Principium sum; sed tamquam diceret: Principium me credite. Quod in sermone graeco, ut dixi, evidenter apparet, ubi feminini generis est principium. Velut si vellet dicere se esse veritatem, et dicentibus: *Tu quis es?* responderet: Veritatem; cum videatur ad id quod dictum est: *Tu quis es?* respondere debuisse: Veritas; id est: Veritas sum. Sed altius respondit, cum videret eos ita dixisse: *Tu quis es?* ac si dicerent: Quoniam abs te audivimus: *Nisi credideritis quia ego sum*, quid te esse credemus? ad hoc respondit: *Principium*: tamquam diceret:

Principium me credite. Et addidit, *quia et loquor vobis*: id est, quia humilis propter vos factus, ad ista verba descendi. Nam si principium sicuti est, ita maneret apud Patrem, ut non acciperet formam servi et homo loqueretur hominibus; quomodo ei crederent, cum infirma corda intellegibile Verbum sine voce sensibili audire non possent? Ergo, inquit, credite me esse principium; quia, ut credatis, non solum sum, sed et loquor vobis.

Sed de hac re iam multum est loqui vobis: placeat itaque Caritati vestrae ut quod restat, illo adiuvente servemus, crastino reddituri.

## TRACTATUS XXXIX

*Qui me misit, verax est: ego quae audivi ab eo, haec loquor in mundo (Io 8, 26).*

Si caritas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, multas animas facit unam animam, et multa corda facit unum cor, quanto magis Pater et Filius et Spiritus Sanctus, Deus unus, lumen unum, unumque principium?

1. Verba Domini nostri Jesu Christi quae habuit cum Iudaeis, ita moderans loquelam suam, ut caeci non viderent, et fideles oculos aperirent, quae hodie de sancto Evangelio recitata sunt, ista sunt:

*Dicebant ergo Iudaei: Tu quis es?* Quia dixerat supra Dominus: *Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Ad hoc ergo illi: *Tu quis es?* veluti quaerentes nosse in quem deberent credere, ne in suo peccato morentur. Respondit dicentibus: *Tu quis es?* et ait: *Principium, quia et loquor vobis.* Si se dixit Dominus esse principium,

quaeri potest utrum et Pater principium sit. Si enim Filius principium est qui habet Patrem, quanto facilius intellegendus est Deus Pater esse principium, qui habet quidem Filium cui Pater sit, sed non habet de quo sit? Filius enim Patris est Filius, et Pater utique Filii Pater est: sed Deus de Deo Filius dicitur, lumen de lumine Filius dicitur: Pater dicitur lumen, sed non de lumine; Pater dicitur Deus, sed non de Deo. Si ergo Deus de Deo, lumen de lumine principium est; quanto facilius intellegitur principium lumen de quo lumen, et Deus de quo Deus? Videtur itaque absurdum, carissimi, ut Filium dicamus principium, et Patrem principium non dicamus.

2. Sed quid agemus? numquid duo erunt principia? Cavendum est hoc dicere. Quid ergo? si et Pater principium et Filius principium, quomodo non duo principia? Quomodo dicimus Patrem Deum et Filium Deum, nec tamen dicimus duos deos. Nefas est enim dicere duos deos, nefas est dicere tres deos: et tamen qui Pater est, non est Filius; qui Filius est, non est Pater: Spiritus autem sanctus Patris et Filii Spiritus, nec Pater est nec Filius. Quamvis ergo, sicut aures catholicae sunt eruditae in gremio matris Ecclesiae, nec ille qui est Pater sit Filius, nec ille qui est Filius sit Pater, nec Spiritus sanctus Patris et Filii sit vel Filius vel Pater, tres deos tamen esse non dicimus: quamvis de singulis si quaeratur, necesse est de quocumque interrogati fuerimus, Deum esse fateamur.

**A fundamento fidei ad culmen perfectionis.**

3. Et absurda ista videntur hominibus solita trahentibus ad insolita, visibilia ad invisibilia, creaturam comparantibus Creatori. Interrogant enim nos aliquando infideles et dicunt: Patrem quem dicitis, Deum dicitis? Respondemus: Deum. Filium quem dicitis, Deum dicitis? Respondemus: Deum. Spiritum sanctum quem dicitis, Deum dicitis? Respondemus: Deum. Ergo, inquiunt, Pater et Filius et Spiritus sanctus tres sunt dii? Respondemus: Non. Turbantur, quia non illuminantur: cor clausum habent, quia clavim fidei non habent. Nos ergo, fratres, fide praecedente, quae sanat

<sup>81</sup> Traduco così; ma Beda si riferisce al “livello terra” sia nella sua dimensione spirituale, sia in quella fisica: il farsi terrestre, l’incarnazione.

<sup>82</sup> Gv 8, 25 Vulg.: “Dicebant ergo ei, Tu quis es?”.

<sup>83</sup> Gv 8, 24 Vulg.: “si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.”; VL: “... in peccatis vestris.”

<sup>84</sup> In realtà Gv 8, 25. La nota della citazione del salmo va posticipata di una riga, in coda alla citazione di un versetto. Per la traduzione si veda nota più sopra.

<sup>85</sup> Sal 103, 24. NCEI traduce: “Le hai fatte tutte con saggezza;”. L’utilizzo fattone nel commento mi pare esiga di mantenere il termine “sapienza” in quanto riferito al Figlio, “Sapienza di Dio” (argomento trattato da Agostino al §16 del tractatus I).

<sup>86</sup> Mi permetto di modificare la punteggiatura, ponendo qui un “.” e collegando invece con un “;” questo periodo al successivo “Sic Pater ...”; così emerge più chiaramente il costruito “sicut / sic” volto a spiegare l’affermazione appena avanzata.

non tamen tres Dii,<sup>87</sup>  
sed unus Deus Pater omnipotens, Filius omnipotens, Spiritus sanctus omnipotens,  
non tamen tres omnipotentes,  
sed unus omnipotens;  
idem enim Pater quod ad se est, Deus est: quod ad Filium est, Pater est: quod Filius ad seipsum est, Deus est: quod ad Patrem est, Filius est.

Spiritus sanctus quod ad se est, Deus est: quod ad Patrem et Filium, Spiritus sanctus est, quia Patris et Filii, Spiritus est, ex Patre et Filio procedens, unius substantiae, potestatis, majestatis cum Patre et Filio.

tuttavia non tre Dei,  
ma un solo Dio Padre onnipotente, Figlio onnipotente, Spirito santo onnipotente,  
tuttavia non tre onnipotenti,  
ma un solo onnipotente;  
il medesimo Padre infatti quanto a sé, è Dio; quanto al Figlio è Padre. Il Figlio quanto a sé è Dio; quanto al Padre è Figlio.

Lo Spirito santo quanto a sé è Dio; quanto al Padre e al Figlio è Spirito santo, perché è Spirito del Padre e del Figlio, che procede dal Padre e dal Figlio, di un'unica sostanza, potestà, maestà col Padre e col Figlio.

oculum cordis nostri, quod intellegimus, sine obscuritate capiamus; quod non intellegimus, sine dubitatione credamus: a fundamento fidei non recedamus, ut ad culmen perfectionis veniamus. Deus est Pater, Deus est Filius Deus est Spiritus sanctus: et tamen Pater non est qui Filius, nec Filius est qui Pater, nec Spiritus sanctus Patris et Filii Spiritus aut Pater est aut Filius. Trinitas unus Deus: Trinitas, una aeternitas, una potestas, una maiestas; tres, sed non dii.<sup>93</sup> Non mihi calumniator respondeat: Quid ergo tres? Si enim tres, ait, oportet dicas quid tres. Respondeo: Pater et Filius et Spiritus sanctus. Ecce, inquit, tres dixisti; sed quid tres exprime. Imo tu numera: nam ego compleo tres, cum dico, Pater et Filius et Spiritus sanctus.

Id enim quod Pater ad se est, Deus est; quod ad Filium est, Pater est: quod Filius ad seipsum est, Deus est; quod ad Patrem est, Filius est.

4. Ista quae dico potestis de similitudinibus agnoscere quotidianis. Homo et alter homo, si ille sit pater, ille filius; quod homo est, ad seipsum est; quod pater est, ad filium est: et filius quod homo est, ad seipsum est; quod autem filius est, ad patrem est. Pater enim nomen est dictum ad aliquid, et filius ad aliquid: sed isti duo homines sunt. At vero Pater Deus ad aliquid est Pater, id est ad Filium; et Filius Deus ad aliquid est Filius, id est ad Patrem: sed non quomodo illi duo homines sunt, sic isti duo dii. Quare hoc non ita est ibi? Quia illud aliud, hoc autem aliud est: quia illa divinitas est. Est ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non possit, ut et numerus sit, et numerus non sit. Videte enim si non quasi apparet numerus, Pater et Filius et Spiritus sanctus Trinitas. Si tres, quid tres? Deficit numerus. Ita Deus nec recedit a numero, nec capitur numero. Quia tres sunt, tamquam est numerus: si quaeris quid tres, non est numerus. Unde dictum est: *Magnus Dominus noster et magna virtus eius, et sapientiae eius non est numerus*. Ubi cogitare coeperis, incipis numerare: ubi numeraveris, quid numeraveris non potes respondere. Pater, Pater est; Filius, Filius est; Spiritus sanctus, Spiritus sanctus est: quid sunt isti tres, Pater et Filius et Spiritus sanctus?

Non tres dii?

Non.

Non tres omnipotentes?

Non. Non tres mundi creatores? Non. Ergo omnipotens Pater? Omnipotens plane. Ergo et Filius non omnipotens? Plane et Filius omnipotens? Ergo et Spiritus sanctus non omnipotens? Et ipse omnipotens. Tres ergo omnipotentes? Non; sed unus omnipotens.

Hoc solo numerum insinuant quod ad invicem sunt, non quod ad se sunt. Quia enim Deus Pater ad se est Deus simul cum Filio et Spiritu sancto, non sunt tres dii; quia ad se est omnipotens simul cum Filio et Spiritu sancto, non sunt tres omnipotentes: quia vero non ad se est Pater, sed ad Filium; nec Filius ad se est, sed ad Patrem; nec Spiritus ad se, in eo quod dicitur Spiritus Patris et Filii; non est quid dicam tres, nisi Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum, unum omnipotentem. Ergo unum principium.

**Hinc agnoscite mysterium Trinitatis.**

5. Accipite aliquid de Scripturis sanctis, unde hoc quod dicitur utcumque capiatis. Posteaquam Dominus noster Iesus Christus resurrexit, et cum voluit ascendit in coelum, decem diebus illic impletis misit inde Spiritum sanctum: quo impleti qui aderant in conclavi uno, omnium gentium linguis coeperunt loqui. Miraculo exterriti Domini interfectores, compuncti doluerunt, dolentes mutati sunt, mutati crediderunt: accesserunt corpori Domini, id est numero fidelium, tria millia hominum. Item alio facto quodam miraculo, accesserunt alia quinque millia; facta est plebs una non parva: in qua omnes accepto Spiritu sancto, quo amor spiritalis accensus est, caritate ipsa et fervore spiritus in unum redacti, coeperunt in ipsa societatis unitate vendere omnia quae habebant, et pretia ponere ad pedes Apostolorum, ut distribueretur unicuique, sicut cuique opus erat. Et hoc de illis Scriptura dicit, quod *erat eis anima una et cor unum in Deum*. Attendite ergo, fratres, et hinc agnoscite mysterium Trinitatis, quomodo dicamus: Et Pater est, et Filius est, et Spiritus sanctus est, et tamen unus Deus est. Ecce illi tot millia erant, et cor unum erat; ecce tot millia erant, et una anima erat. Sed ubi? In Deo. Quanto magis ipse Deus? Numquid erro in verbo, quando dico duos homines duas animas, aut tres homines tres animas, aut multos homines multas animas? Recte utique dico. Accedant ad Deum, una anima est omnium. Si accedentes ad Deum, multae animae per caritatem una anima est, et multa corda unum cor; quid agit ipse fons caritatis in Patre et Filio? Nonne ibi magis Trinitas unus est Deus? Inde enim nobis caritas venit, de ipso Spiritu sancto, sicut dicit Apostolus:

<sup>87</sup> Inizia qui un passo che riprende, seppur non testualmente, la trattazione di Agostino al §4 di questo stesso tractatus 39, qui poche righe più avanti. Ho evidenziato in verde le tre brevi corrispondenze testuali, e con altri due colori quelle più libere.

<sup>93</sup> Un passo assai simile, e quasi certamente dipendente da questo, si trova in Beda al cap. 7, affiancato al §5 del tractatus 29; evidenziato pari colore.

Audiamus ergo principium quid loquitur nobis.

*Multa, inquit, habeo de vobis loqui, et iudicare.*<sup>88</sup>

In alio vero loco dixit:

*Non iudico quemquam* (Joan. VIII):

praesentem suum ostendens adventum, quo venit salvare, non iudicare:

quia venerat, ut salvaret mundum, non ut iudicaret mundum<sup>89</sup>. Quod autem nunc dicit: *Multa habeo de vobis loqui et iudicare*, iudicium futurum dicit. Ideo enim ascendit, ut veniat iudicare vivos et mortuos. Nemo justius iudicabit, quam qui iniuste iudicatus est. *Multa habeo, inquit, loqui et iudicare de vobis.*

*Sed qui misit me, verax est.*<sup>90</sup> Videte quemadmodum Patri dat gloriam aequalis Filius Patri. Exemplum enim nobis praebet, gloriam dare Deo, gloriam Dei quaerere, non nostram: quasi diceret, O homo fidelis, si ego Filius Patris,

aequalis Patri, consubstantialis Patri, coaeternus Patri, do gloriam ei, a quo sum: quomodo tu superbus es apud eum, cujus es servus?

*Multa, inquit, habeo de vobis loqui, et iudicare; sed qui misit me, verax est, tanquam diceret, ideo verum dico, quia filius veracis, veritas sum.*

Pater veritas est, Filius veritas.

Ait enim apertissime ipse Dominus, *Ego sum via, et veritas, et vita* (Joan. XIV). Ergo si Filius veritas, Pater quid, nisi quod ait, veritas? Qui me misit, verax est, Filius veritas. Pater verax est,

sed non a veritate.

Ascoltiamo dunque cosa ci dice il principio.

*Molte cose, dice, ho da dire di voi, e da giudicare.*

In un altro passo invero ha detto:

*non iudico nessuno* (Gv 8, 15);

spiegando il suo presente avvento, per cui è venuto a salvare, non a giudicare;

perché è venuto per salvare il mondo, non per giudicare il mondo. Invece quando ora dice: *molte cose ho da dire di voi, e da giudicare*, parla del giudizio futuro. Infatti è salito al cielo proprio per venire a giudicare i vivi e i morti. Nessuno giudicherà più giustamente di chi fu giudicato ingiustamente. *Molte cose, dice, ho da dire di voi, e da giudicare.*

*Ma colui che mi ha mandato è veritiero.* Vedete come il Figlio, uguale al Padre, dà gloria al Padre. Infatti ci offre l'esempio: dà gloria a Dio, cerca la gloria di Dio, non la nostra, è come se dicesse:

O uomo fedele, se

io, Figlio del Padre,

uguale al Padre,

consustanziale al Padre,

coeterno al Padre, dò gloria a colui da cui sono, come puoi tu essere superbo con colui di cui sei servo?

*Molte cose, dice, ho da dire di voi, e da giudicare; ma colui che mi ha mandato è veritiero, come se dicesse: per questo dico il vero perché, figlio del veritiero, sono la verità. Il Padre è verità, il Figlio verità.*

Molto chiaramente infatti il Signore dice: *Io sono la via, la verità e la vita* (Gv 14, 6). Se dunque il Figlio è la verità, il Padre cos'è se non, come dice: la verità? *Colui che mi ha mandato è veritiero*. Il Figlio è la verità, il Padre è veritiero,

ma non dalla verità.

*caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Si ergo caritas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, multas animas facit unam animam, et multa corda facit unum cor; quanto magis Pater et Filius et Spiritus sanctus, Deus unus, lumen unum, unumque principium?*

6. Audiamus ergo principium quod loquitur nobis.

*Multa, inquit, habeo loqui de vobis et iudicare.*

Meministis quod ait:

*Ego non iudico quemquam:*

ecce modo dicit: *Multa habeo de vobis loqui et iudicare.* Sed aliud est, *non iudico*; aliud, *habeo iudicare. Non iudico*, dixit ad praesens;

venerat enim ut salvaret mundum, non ut iudicaret mundum: quod autem dicit: *Multa habeo de vobis loqui et iudicare*, iudicium futurum dicit. Ideo enim ascendit, ut veniat iudicare vivos et mortuos. Nemo iustius iudicabit, quam qui iniuste iudicatus est.

*Multa, inquit, habeo de vobis loqui et iudicare:*

*sed qui me misit, verax est.* Videte quemadmodum Patri det gloriam aequalis Filius. Exemplum enim nobis praebet, et tamquam in cordibus nostris loquitur:

O homo fidelis, si

Evangelium meum audis, dicit tibi Dominus Deus tuus, ubi ego in principio Verbum Deus apud Deum, aequalis Patri,

coaeternus gignenti, do gloriam ei cuius sum Filius; quomodo tu superbus es adversus eum cuius servus es?

7. *Multa habeo, inquit, de vobis loqui et iudicare: sed qui me misit, verax est: tamquam diceret: Ideo verum iudico, quia Filius veracis veritas sum.*

Pater verax, Filius veritas,

quid putamus esse amplius? Cogitemus si possimus, quid est amplius, verax an veritas. De quibusdam quaeramus. Pius homo plus est, an pietas? Sed plus est ipsa pietas: pius enim a pietate, non pietas a pio. Potest enim esse pietas, etsi ille qui pius erat, factus est impius. Ipse perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Quid item pulcher et pulchritudo? Plus est pulchritudo quam pulcher: pulchritudo enim facit pulchrum, non pulcher facit pulchritudinem? Castus et castitas? Castitas plane plus est quam castus. Si enim castitas non esset, unde esset iste castus, non haberet: si autem noluerit esse castus, castitas integra perseverat. Si ergo plus pietas quam pius, plus pulchritudo quam pulcher, plus castitas quam castus; numquid dicturi sumus plus veritas quam verax? Si hoc dixerimus, Filium incipiemus dicere Patre maiorem.

Ait enim apertissime ipse Dominus: *Ego sum, via et veritas, et vita.* Ergo si Filius veritas; Pater quid, nisi quod ait ipsa veritas? *Qui me misit, verax est?*

Filius veritas, Pater verax:

quid plus sit quaero, sed aequalitatem invenio. Verax enim Pater

non ab ea veritate

verax est cuius partem cepit, sed quam totam genuit.

**Verax est Deus, non partecipando, sed generando veritatem.**

8. Video planius esse dicendum. Et certe ne vos diu teneam, hodie huc usque tractetur: cum finiero quod volo dicere, adiuvante Deo, sermo claudatur. Hoc ideo dixi, ut intentos vos facerem. Omnis anima quoniam res est mutabilis, et quamvis magna creatura, tamen creatura; quamvis corpore melior, tamen facta: omnis ergo anima quoniam mutabilis est, hoc est, modo credit, modo non credit; modo vult, modo non vult; modo adultera est, modo casta; modo bona, modo mala; mutabilis est: Deus autem hoc est quod est; ideo proprium nomen sibi tenuit: *Ego sum qui sum.* Hoc est Filius, dicendo: *Nisi credideritis quia ego sum: ad hoc pertinet et: Tu quis es? Principium.* Deus igitur incommutabilis est, anima mutabilis.

Quando capit anima ex Deo unde sit bona, partecipando fit bona: quomodo tuus oculus partecipando videt. Nam lumine subtracto non videt, cuius particeps factus videt. Quia ergo anima partecipando fit bona, si mutata coeperit esse mala, bonitas manet cuius erat particeps bona. Bonitatis enim cuiusdam particeps facta est cum bona esset; qua mutata

<sup>88</sup> Gv 8, 26.

<sup>89</sup> cfr Gv 12, 47.

<sup>90</sup>

Filius veritas, sed a Patre, quia Filius a Patre, non a seipso, et ideo ait alio loco: *A meipso non veni* (Joan. VIII)<sup>91</sup>, id est, a meipso non sum.

Pater utique verax est,

non participando veritatem, sed generando veritatem,

quia Pater genuit Filium, qui de seipso ait: *Ego sum via, et veritas.*<sup>92</sup>

Cum autem dixisset Dominus Jesus: *Verax est, qui me misit,*<sup>94</sup> non intellexerunt illi, quod de Patre eis dicebat; necdum habuerunt oculos cordis apertos, ut intelligere possent aequalitatem veracis et veritatis. Dicebat eis:

*Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum: et a meipso facio nihil, sed sicut me docuit Pater, haec loquor.*<sup>95</sup> Quid est hoc?

Nihil enim aliud videtur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros, quis esset. Procul dubio ergo videbat ibi aliquos, quos ipse noverat, quos ipse cum caeteris sanctis suis ante mundi constitutionem praesciendo elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi,

quos assidue commendamus, et ad imitationem cum magna exhortatione proponimus. Misso enim desuper Spiritu sancto post Domini passionem et resurrectionem et ascensionem, cum miracula fierent in ejus nomine, quem tanquam mortuum persequentes Iudaei contempserunt, compuncti sunt corde: et qui saevientes occiderunt, mutati crediderunt; et quem sanguinem saeviendo fuderunt, credendo biberunt, illa tria millia, et illa quinque millia Iudaeorum (*Act. II et IV*):

quod sibi volebat, quando dicebat: *Cum exaltaveritis Filium hominis,*

*tunc cognoscetis quia ego sum.* Tanquam dicens: Differo cognitionem vestram,

ut impleam passionem meam. Ordine vestro cognoscetis qui sim,

non quia omnes tunc erant credituri ex his, qui audiebant, id est, post Domini passionem. Nam paulo ante dixit: *Haec eo loquente,*

*multi crediderunt in eum,*<sup>96</sup> et nondum exaltatus erat Filius hominis.

Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis: crucis,

non coeli. Nam ibi exaltatus est, quando pependit in ligno. Sed illa exaltatio humiliatio fuit. Tunc enim factus est Patri obediens usque ad mortem, *mortem autem crucis,*

Il Figlio è verità, ma dal Padre, perché il Figlio è dal Padre, non da se stesso, e pertanto dice in altro passo: *non sono venuto da me stesso* (Gv 7, 28), cioè: non sono da me stesso. Il Padre è senza dubbio verace,

non in quanto partecipe della verità, ma generando la verità,

perché il Padre ha generato il Figlio, che di se stesso dice: *Io sono la via, la verità.*

Quando dunque il Signore Gesù disse: *è veritiero colui che mi ha mandato*, essi non compresero che parlava loro del Padre;

ancora non avevano gli occhi aperti, per poter comprendere l'uguaglianza del veritiero e della verità. Diceva loro:

*Quando avrete innalzato il Figlio dell'uomo, allora conoscerete che Io Sono e che non faccio nulla da me stesso, ma parlo come il Padre mi ha insegnato.* Che cosa significa ciò? Sembra non abbia detto nient'altro, se non che dopo la sua passione essi avrebbero conosciuto chi fosse. Senza dubbio, dunque, vedeva lì alcuni, che egli conosceva, che egli aveva eletto assieme a tutti i suoi santi prima della creazione del mondo, sapendo da prima che dopo la sua passione avrebbero creduto. Essi sono quelli che costantemente ricordiamo e con vive esortazioni proponiamo all'imitazione. Quando, dopo la passione, la risurrezione e l'ascensione del Signore, fu inviato dall'alto lo Spirito Santo, poiché succedevano miracoli nel nome di colui che i Giudei, perseguitandolo come morto, avevano disprezzato, furono toccati nel profondo del cuore; e loro, che infierendo avevano ucciso, mutatisi credettero, e, credendo, bevvero quel sangue che infierendo avevano versato. [Erano] i tremila e i cinquemila Giudei (cfr At 2, 37-41; 4, 4) che voleva per sé, quando diceva: *Quando avrete innalzato il Figlio dell'uomo, allora conoscerete che Io Sono.* Come a dire: Differisco il vostro riconoscimento, in modo da completare la mia passione. Secondo i vostri tempi conoscerete chi sono io; non che tutti, fra quelli che ascoltavano, allora avrebbero creduto, cioè dopo la passione del Signore. Infatti poco prima aveva detto<sup>116</sup>: *A queste sue parole, molti credettero in lui;* e il Figlio dell'uomo ancora non era stato levato in alto. Di certo parla di esaltazione della passione, non della glorificazione; della croce, non del cielo. Infatti lì fu esaltato: quando fu appeso al legno. Però quella esaltazione fu un'umiliazione. Allora infatti *si fece obbediente [al Padre] fino alla morte e a una*

in peius, integra bonitas permanet. Si recedat anima et mala fiat, non minuitur bonitas; si revertatur et bona fiat, non crescit bonitas. Factus est oculus tuus particeps lucis huius, et vides: clausus est? hanc lucem non minuisti: apertus est? hanc lucem non auxisti. Hac data similitudine, fratres, intellegite quia si pia est anima, est pietas apud Deum, cuius fit particeps anima; si est casta anima, est castitas apud Deum, cuius est particeps anima; si est bona anima, est bonitas apud Deum, cuius est particeps anima; si est verax anima, est veritas apud Deum, cuius est particeps anima. Cuius particeps si non fuerit anima, *omnis homo mendax*: si omnis homo mendax, nullus homo de suo verax. Pater autem verax, de suo est verax; quia genuit veritatem. Aliud est: Verax est homo iste, quia iam percepit veritatem; aliud est: **Verax Deus, quia genuit veritatem.** Ecce quomodo verax est Deus,

non partecipando, sed generando veritatem.

Video vos intellexisse et gaudeo:

sufficiat vobis hodie; caetera quando Domino placuerit, sicut donaverit, exponemus.

## TRACTATUS XL

*Et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* (Io 8, 28-32).

Quid promittit Dominus credentibus? *Et cognoscetis veritatem.* Credimus enim ut cognoscamus, non cognoscimus ut credamus. Si *manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis*, ut contemplemini ipsam veritatem sicuti est; non per verba sonantia, sed per lucem splendentem, cum satiaverit nos.

**1.** De sancto Evangelio secundum Ioannem, quod gestare nos videtis in manibus, iam multa audivit Caritas vestra, quae Deo donante sicut potuimus disputavimus, commendantes vobis maxime istum evangelistam de Domini divinitate, secundum quam aequalis est Patri et Filius unicus Dei, loqui elegisse, et propterea aquilae comparatum: nulla quippe avis volare altius perhibetur. Proinde quae ex ordine subsequuntur, sicut ea Dominus tractare donaverit, intentissime audite.

**Illa exaltatio humiliatio fuit.**

**2.** Locuti sumus vobis de praecedenti lectione, insinuantes quomodo intellegatur Pater verax, Filius veritas.

Cum autem dixisset Dominus Jesus: *Verax est qui me misit*, non intellexerunt Iudaei quod de Patre illis diceret.

Et ait illis quod modo cum legeretur audistis:

*Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, haec loquor.* Quid est hoc?

Nihil enim aliud videtur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros quis esset. Procul dubio ergo videbat ibi aliquos, quos ipse noverat, quos ipse cum caeteris sanctis suis ante constitutionem mundi praesciendo elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi

quos assidue commendamus, et ad imitationem cum magna exhortatione proponimus. Misso enim desuper Spiritu sancto post Domini passionem et resurrectionem et ascensionem, cum miracula fierent in eius nomine, quem tanquam mortuum persequentes Iudaei contempserant, compuncti sunt corde; et qui saevientes occiderunt, mutati crediderunt; et quem sanguinem saeviendo fuderunt,

credendo biberunt: illa tria millia, et illa quinque millia Iudaeorum,

quos ibi videbat, quando dicebat: *Cum exaltaveritis Filium hominis,*

*tunc cognoscetis quia ego sum.* Tanquam dicens: Differo cognitionem vestram,

ut impleam passionem meam: ordine vestro cognoscetis qui sim.

Non quia omnes tunc erant credituri ex iis qui audiebant, id est, post passionem Domini: nam paulo post dicit: *Haec eo loquente,*

*multi crediderunt in eum,* et nondum exaltatus erat Filius hominis.

Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis; crucis,

non coeli: quia et ibi exaltatus est, quando pependit in ligno. Sed illa exaltatio humiliatio fuit. Tunc enim factus est obediens usque ad mortem crucis.

<sup>91</sup> In realtà Gv 7, 28.

<sup>92</sup> Gv 14, 6.

<sup>94</sup> Gv 8, 26 Vulg.: “qui me misit, verax est”; la posposizione viene introdotta anche in italiano.

<sup>95</sup> Gv 8, 28.

<sup>96</sup> La citazione testuale è da Gv 8, 30 Vulg.: “Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.”; tuttavia, siccome viene dopo il v. in parola e invece si dice “paulo ante”, ritengo Beda si riferisca a Gv 7, 31 Vulg.: “De turba autem multi crediderunt in eum.”. Il problema non si pone in Agostino che, invece di “ante”, presenta “post”.

<sup>116</sup> Il soggetto sottinteso è l'evangelista.

propter quod exaltavit illum Deus (Philip. II)<sup>97</sup>. Altera exaltatio fuit, quando levatus est in crucem. Altera, dum ascendit in coelum. Illa humiliationis, ista glorificationis. Exaltationem vero crucis, oportebat impleri per eorum manus, qui postea fuerant credituri: quibus dicit: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum* (Joan. VIII). Quare hoc? Nisi ut nemo desperaret, in quocumque scelere male sibi conscius, quando videbat eis donari homicidium, qui occiderunt Christum Dominum.

Addidit:  
*Tunc cognoscetis quia ego sum.*  
Quid est, *ego sum?* nisi unius substantiae cum Patre, sicut ad Moysen superius diximus dictum esse:  
*Ego sum, qui sum* (Exod. III)<sup>98</sup>, et sic dices filiis Israel:  
*Qui est, misit me ad vos.*<sup>99</sup> Verbo substantiali utitur de seipso Dominus, ut intelligatur aeternam esse substantiam, et unam esse substantiam Patris et Filii.

Tamen  
ne ipse intelligeretur Pater, continuo adjunxit: *Et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, haec loquor.*

Quod vero ait:  
*A meipso facio nihil, quid est, a meipso facio nihil? id est a meipso non sum.*

Quod autem addidit, sicut docuit me Pater, haec loquor<sup>100</sup>:  
sensus altissimus est, cor enim mundandum est (*nec enim in malevolam animam introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis* (Sapient. I)<sup>101</sup>), ut intelligatur quod ait: *Sicut docuit me Pater, sic loquor*: non enim ita intelligendum est quasi homo pater homini filio loqueretur, sed excellentius et sacratius.

Aliter vero intelligendum est, quod ait Evangelista: *In principio erat Verbum*<sup>102</sup>; et aliter intelligendum:  
*Verbum caro factum est.*<sup>103</sup>  
Aliter de divinitate Christi, in qua aequalis est Deo Patri; aliter de humanitate ejus, in qua consimilis est nobis, cogitandum est.

morte di croce,  
*Per questo Dio lo esaltò* (Fil 2, 8-9). Una esaltazione fu quando fu elevato sulla croce. Un'altra quando ascese al cielo. Quella di umiliazione, questa di glorificazione. Invero l'esaltazione della croce, era opportuno che si compisse per mano di coloro che poi avrebbero creduto, ai quali dice: *Quando avrete innalzato il Figlio dell'uomo, allora conoscerete che Io Sono* (Gv 8, 28). Perché questo? Se non perché nessuno disperasse, di qualunque delitto fosse cosciente, quando vedeva che era perdonato l'omicidio a coloro che uccisero Cristo Signore.  
Aggiunse:  
*allora conoscerete che Io Sono.*  
Cosa significa Io sono? Se non di un'unica essenza<sup>117</sup> col Padre, così come più sopra abbiamo detto che fu detto a Mosè:  
*Io sono colui che sono!* (Es 3, 14), e così dirai agli Israeliti:  
*"Io-Sono mi ha mandato a voi"*. Il Signore si serve di un verbo "essenziale" per se stesso, perché si capisca che l'essenza è eterna, e una sola è l'essenza del Padre e del Figlio.

Tuttavia  
perché non lo si comprendesse Padre, subito aggiunse: *E non faccio nulla da me stesso, ma parlo come il Padre mi ha insegnato.*

Poiché invero dice:  
*non faccio nulla da me stesso*, che significa *non faccio nulla da me stesso?* Significa: da me stesso non sono.

Peraltro ciò che aggiunse: *parlo come il Padre mi ha insegnato*, ha un significato assai profondo; va infatti mondato il cuore (*non entra in un'anima che compie il male né abita in un corpo oppresso dal peccato* (Sap 1, 4)), per poter comprendere ciò che dice: *parlo come il Padre mi ha insegnato*; infatti non va compreso quasi che l'uomo padre parli all'uomo figlio, ma è molto più eccelso e sacro.

In un modo va compreso ciò che dice l'Evangelista: *In principio era il Verbo*, e in un altro va compreso:  
E il Verbo si fece carne.  
In un modo bisogna meditare della divinità di Cristo, nella quale è uguale a Dio Padre; in un altro della sua umanità, nella quale ci è consimile.

Hoc oportebat impleri per eorum manus qui postea fuerant credituri, quibus dicit: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.*  
Quare hoc, nisi ut nemo desperaret in quocumque scelere male sibi conscius, quando videbat eis donari homicidium qui occiderant Christum?

3. Hos ergo in illa turba agnoscens Dominus, dixit: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.*  
Iam nostis quid sit *sum*; nec assidue repetendum est, ne pariat res tanta fastidium.  
Recolite illud:  
*Ego sum qui sum*, et

*Qui est, misit me;*  
et agnoscetis, quid dictum sit: *Tunc scietis quia ego sum*: sed et, Pater est, et Spiritus sanctus est. Ad ipsum esse pertinet tota Trinitas. Sed quia Dominus sicut Filius loquebatur, ne forte in eo quod dixit: *Tunc cognoscetis quia ego sum*, subintraret error Sabellianorum, hoc est Patripassianorum, quem vobis errorem commendavi non tenendum, sed cavendum, eorum scilicet qui dixerunt: Ipse est Pater, ipse est Filius; duo sunt nomina, sed res una: propter istum ergo cavendum errorem cum dixisset Dominus: *Tunc cognoscetis quia ego sum*;  
ne ipse intellexeretur Pater, continuo subiunxit: *Et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, haec loquor.*  
Iam gaudere coeperat sabellianus, erroris sui occasione comperta: statim ut se tamquam in obscuro extulit, sequentis sententiae luce confusus est. Putaveras eum esse Patrem, quia dixit: *Ego sum*: audi quia Filius est:  
*Et a meipso facio nihil.* Quid est: *A meipso facio nihil?* A meipso non sum.

Filius enim de Patre est Deus; Pater autem non est de Filio Deus: Filius est Deus de Deo; Pater autem Deus, sed non de Deo: Filius est lumen de lumine; Pater autem lumen, sed non de lumine: Filius est, sed est de quo est; Pater autem est, sed non est de quo est.<sup>120</sup>

4. Quod ergo addidit: *Sicut docuit me Pater, haec loquor*;  
nemini vestrum obrepat cogitatio carnalis, fratres mei. Non enim potest humana infirmitas cogitare, nisi quod consuevit facere vel audire. Nolite ergo vobis quasi duos homines ante oculos ponere, unum patrem, alterum filium, et loquentem patrem ad filium: sicut facis tu, quando verba aliqua dicis filio tuo, monens eum et instruens eum quomodo loquatur, ut quaecumque audivit a te, commendet memoriae; cum commendaverit memoriae, proferat et lingua, distinguat per sonos, inferat auribus alienis quod percepit in suis. Nolite ita cogitare, ne in corde vestro idola fabricetis. Humanam formam, humanorum lineamenta membrorum, figuram carnis humanae, sensus istos conspicuos, staturam motusque corporis, linguae officium, distinctiones sonorum, nolite in illa Trinitate cogitare, nisi quod pertinet ad formam servi, quam accepit unigenitus Filius, cum *Verbum caro factum est*,  
ut habitaret in nobis. Ibi non te prohibeo, humana infirmitas, cogitare quod nosti; imo etiam compello. Si fides in te vera est, talem Christum cogita: sed ex Maria virgine, non de Deo Patre talem cogita. Infans fuit, crevit ut homo, ambulavit ut homo, esurivit, sitivit ut homo, dormivit ut homo, postremo passus ut homo, suspensus in ligno,

<sup>97</sup> Fil 2, 8-9 Vulg.: "factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum,"; Sabatier in nota: "Auctor l. de xii. abus. saec. c. 3. p. 591. f. *obediens Patri usque ad mort. mortem autem crucis.*". L'italiano viene integrato in base al testo latino.

<sup>98</sup> Es 3, 14 Vulg.: "Ego sum qui sum. Ait : Sic dices filiis Israël : Qui est, misit me ad vos."

<sup>99</sup> Es 3, 14. Come emerge dalla nota precedente, anche il breve passo tra le due citazioni è parte del v. 14; pertanto in italiano evidenzio il tutto col corsivo.

<sup>100</sup> Essendo in buona parte citazione testuale della Acrittura, in italiano evidenzio col corsivo.

<sup>101</sup> Sap 1, 4 Vulg.: "Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis."

<sup>102</sup> Gv 1, 1.

<sup>103</sup> Gv 1, 14.

<sup>117</sup> Come ho già detto altrove, tradurre "substantia", ed annessi, mi tuffa nello sconforto perché: di che termine servirsi senza incorrere in una delle secolari incomprensioni? Qui, stante il riferimento al verbo "essere", mi è parsa buona soluzione servirmi di "essenza", termine usato altrove dal traduttore di Agostino.

<sup>120</sup> Un passo assai simile, e forse dipendente da questo, si trova in Beda al cap. 7, affiancato al §5 del tractatus 29; evidenziato pari colore.

Non uno modo intelligendum est, quod ait Dominus: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. X); et illud quod dixit: *Pater major me est* (Joan. XIV). Ergo incorporaliter cogitate, Pater locutus est Filium, quia incorporaliter Pater genuit Filium. Nec eum sic docuit, quasi indoctum genuerit; sed haec est eum docuisse, quod est scientem genuisse. Et hoc est, *docuit me Pater*, quod, scientem me genuit Pater. Si enim, quod pauci intelligunt, simplex est natura veritatis, hoc est, Filio esse, quod nosse: ab illo ergo habet quod noverit, a quo habet ut sit: non ut prius ab illo esset, et ab illo postea nosset; sed quemadmodum illi gignendo

dedit, ut nosset, quia simpliciter (ut dictum est) naturae veritas est, esse et nosse non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum, dixit ergo ista Iudaeis, et addidit:

*Et qui me misit, mecum est.*<sup>104</sup> Jam hoc et ante dixerat, sed rem magnam assidue commemorat: *Misit me, et mecum est*. Si ergo tecum est, o Domine, non unus ab alio missus est, sed ambo venistis; et tamen cum ambo simul sint,

Non in un solo modo va compreso ciò che dice il Signore: *Io e il Padre siamo una cosa sola* (Gv 10, 30); e ciò che disse: *il Padre è più grande di me* (Gv 14, 28). Pertanto pensate non corporalmente: “il Padre ha parlato al Figlio”, poiché non corporalmente il Padre ha generato il Figlio. E parimenti non “gli ha insegnato”, quasi lo avesse generato ignorante: ma “gli insegnò” significa ciò: che lo ha generato sapiente. E questo significa, *il Padre mi ha insegnato*: che “il Padre mi ha generato sapiente”. Se infatti - il che comprendono in pochi - la natura della verità è semplice, significa che nel Figlio “essere” [è] ciò che ha conosciuto. Cioè ha ciò che ha conosciuto da colui dal quale ha l'essere; non che prima da lui fosse, e poi da lui avesse conosciuto; ma nello stesso tempo che lo ha generato

gli ha dato di conoscere; perché verità della natura semplice (come si è detto) è: l'essere e l'aver conosciuto non sono due cose diverse, ma la medesima cosa; per questo disse ciò ai Giudei, e aggiunse:

*Colui che mi ha mandato è con me*. Lo aveva già detto anche prima, ma ricorda con insistenza una cosa importante: *mi ha mandato ed è con me*. Se dunque è con te, o Signore, non l'uno è stato mandato dall'altro, ma siete venuti entrambi; e tuttavia,

occisus, sepultus ut homo; in eadem forma resurrexit, in eadem forma ante oculos discipulorum ascendit in coelum, in eadem forma venturus est ad iudicium. Angelorum enim vox est in Evangelio expressa: *Sic veniet quomodo eum vidistis euntem in coelum*. Quando ergo de forma servi cogitas in Christo, humanam effigiem cogita, si est in te fides: quando autem cogitas: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*, pereat de corde tuo omnis humana figuratio: pellatur de cogitationibus tuis quidquid fine corporeo terminatur, quidquid loci spatio continetur, vel quantalibet mole diffunditur; de corde tuo figmentum tale dispereat. Cogita, si potes, pulchritudinem sapientiae, occurrat tibi pulchritudo iustitiae. Forma est? statura est? color est? Nihil horum est, et tamen est: nam si non esset, nec amaretur, nec merito laudaretur, nec amata nec laudata corde moribusque teneretur: nunc vero fiunt homines sapientes; unde fierent, nisi esset sapientia? Porro autem, o homo, si sapientiam tuam videre carnis oculis non potes, nec tali imaginatione cogitare quali corporalia cogitantur, sapientiae Dei audes ingerere humani corporis formam?

#### **Manus Dei est intelligentia.**

**5.** Quid ergo dicimus, fratres? Quomodo locutus est Pater Filio, quoniam Filius ait *Sicut docuit me Pater, haec loquor*? Locutus est illi? Quando docuit Pater Filium, verba fecit, quomodo tu, quando doces filium tuum, verba facis? Quomodo facit verba Verbo? Quae verba multa fierent unico Verbo? Verbum enim Patris aures habuit ad os Patris? Carnalia sunt ista, pereant de cordibus vestris. Hoc enim dico, ecce si intellexistis quod ego dixi, ego certe locutus sum, et mea verba sonuerunt, sonisque aures pepulerunt, et per sensum auditus vestri ad cor sententiam perduxerunt, si intellexistis. Facite aliquem audisse latinae linguae hominem, tantummodo audisse, nec tamen intellexisse quod dixi: quantum ad strepitum pertinet emissum ex ore meo, sic eius ille particeps factus est qui non intellexit, quomodo et vos; eum sonum audivit, eadem syllabae aures eius percusserunt; sed in corde ipsius nihil genuerunt. Quare? Quia non intellexit. Vos autem si intellexistis unde intellexistis? Ego ad aurem sonui; numquid ego in corde lumen accendi? Procul dubio si verum est quod dixi, et hoc verum non solum audistis, verum etiam intellexistis; duae res ibi factae sunt, discernite illas, auditus et intellectus. Auditus per me factus est, intellectus per quem? Ego ad aurem dixi ut audiretis, ad cor vestrum quis dixit ut intellegeretis? Sine dubio aliquis et ad cor vestrum aliquid dixit, ut non solum strepitus iste verborum percuteret aurem vestram, sed etiam in cor vestrum aliquid descenderet veritatis: dixit aliquis et ad cor vestrum, sed non eum videtis; si intellexistis, fratres, dictum est et cordi vestro. Munus Dei est intelligentia. Quis hoc dixit in corde vestro, si intellexistis? Cui dicit Psalmus: *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua*. Verbi gratia, episcopus locutus est. Quid locutus est, aliquis ait? Respondes quid locutus sit, et addis: Verum dixit. Tunc alius qui non intellexit: Quid dixit, inquit, aut quid est quod laudas? Ambo me audierunt, ambobus ego dixi; sed uni ipsorum Deus dixit. Si parva magnis comparare conceditur, quoniam nos ad eum quid sumus? tamen nescio quid incorporaliter et spiritualiter facit in nobis Deus, quod nec sonus est qui aurem percutiat, nec color qui oculis discernatur, nec odor est qui naribus capiatur, nec sapor qui faucibus iudicetur, nec durum et molle quod tangendo sentiatur: tamen aliquid est quod sentire facile est, explicare impossibile est. Si ergo Deus, ut dicere coeperam, loquitur in cordibus nostris sine sono, quomodo loquitur Filio suo? Sic ergo, fratres, sic cogitate, quantum potestis, ut dixi, si licet parva magnis modo aliquo comparare; sic cogitate.

Incorporaliter Pater locutus est Filio, quia incorporaliter Pater genuit Filium.

Nec eum sic docuit quasi indoctum genuerit:

sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse;

et hoc est, *docuit me Pater*, quod est, scientem me genuit Pater. Si enim, quod pauci intellegunt, simplex est natura veritatis; hoc est

Filio esse quod nosse. Ab illo ergo habet ut noverit,

a quo habet ut sit: non ut prius ab illo esset, et ab illo postea nosset; sed quemadmodum illi gignendo

dedit ut esset, sic gignendo

dedit ut nosset: quia simpliciter, ut dictum est, naturae veritatis esse et nosse non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum.

**6.** Dixit ergo ista Iudaeis, et addidit:

*Et qui me misit mecum est*. Iam hoc et ante dixerat, sed rem magnam assidue commemorat: *misit me, et mecum est*. Si ergo tecum est, o Domine, non unus ab alio missus est, sed ambo venistis. Et tamen cum ambo simul sint,

<sup>104</sup> Gv 8, 29.

unus missus est, alter misit: quoniam missio incarnatio est, ipsa incarnatio Filii tantum est, non et Patris.

Misit itaque Pater Filium, sed non recessit a Filio.

Ergo, inquit, *qui me misit, non reliquit me solum.*<sup>105</sup>

Cujus auctoritate tanquam paterna incarnatus sum, mecum est, non me reliquit<sup>106</sup>. Quare me non reliquit?

*Non reliquit me, inquit, solum, quia ego, quae placita sunt ei, facio semper.*<sup>107</sup> Ipsa est aequalitas semper, non ex quodam initio et deinceps, sed sine initio, sine fine.

Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per Unigenitum facta sunt tempora.

*Haec illo loquente, multi crediderunt in eum.*<sup>108</sup>

Necdum in omnem terram exivit sonus eorum (Psal. XVIII), necdum omnibus praedicatum est, necdum dictum est. *Ite, docete omnes gentes* (Matth. XXVIII)<sup>109</sup>.

Ergo Dominus ad eos, qui crediderunt in eum, ait Iudaeos:

*Si vos manseritis in verbo meo.*<sup>110</sup> Ideo manseritis, quia initiati estis, quia esse ibi coepistis, si manseritis in fide, quae in vobis esse credentibus coepit, quo pervenietis? Vide quale initium, quo perducit.

Amasti fundamentum? culmen attende, et ex ista humilitate

aliam celsitudinem quaere. Fides enim humilitatem habet: cognitio et immortalitas, et aeternitas non habet humilitatem, sed excelsitudinem, erectionem: nullam defectionem, aeternam stabilitatem: nullam ab inimico expugnationem, nullum deficiendi timorem. Magnum est, quod incipit a fide, sed majus, quo pervenitur per fidem.

Audi igitur, quo perveniat, et vide, quanta sit fides.

Ergo et vos, ait, *si manseritis in verbo meo, in quo credidistis,*<sup>111</sup>

*Vere discipuli mei eritis.*<sup>112</sup>

Subjunxit quoque:

benché entrambi siano insieme, uno è stato mandato e l'altro ha mandato; perché missione è l'incarnazione, e l'incarnazione è soltanto del Figlio, non anche del Padre.

Pertanto il Padre ha mandato il Figlio, ma non si è separato dal Figlio.

Dunque, disse, *colui che mi ha mandato, non mi ha lasciato solo.*

Per la sua autorità, come paterna, mi sono incarnato: è con me, non mi ha lasciato solo.

Perché non mi ha lasciato solo?

*Non mi ha lasciato solo, dice, perché faccio sempre le cose che gli sono gradite.* “Sempre” è l’uguaglianza stessa, non [a partire] da qualche inizio e di seguito, ma senza inizio, senza fine. La generazione da parte di Dio, infatti, non ha inizio temporale, perché i tempi furono fatti per mezzo dell’Unigenito.

A queste sue parole, molti credettero in lui.

Non ancora per tutta la terra si diffonde il loro annuncio (Sal 18, 5), non ancora viene predicato a tutti, non ancora viene detto: *Andate [...] e istruite tutti i popoli* (Mt 28, 19).

[Il Signore] allora disse a quei Giudei che gli avevano creduto:

*Se rimanete nella mia parola.* Dunque: *se rimanete*, perché siete stati iniziati, perché avete cominciato ad essere lì; *Se rimanete* nella fede che ha cominciato a essere in voi che credete, dove giungerete? Considera quale sia l'inizio, e dove conduca. Hai amato il fondamento? contempla il vertice, e da questa situazione terrestre<sup>118</sup> cerca l'altra celestiale. La fede infatti ha una situazione terrestre; la conoscenza, e l'immortalità, e l'eternità non hanno una situazione terrestre; ma celestiale, elevata, nessuna defezione, eterna stabilità; nessun assalto del nemico, nessun timore di venir meno. È grande ciò che comincia dalla fede, ma più grande ciò cui si perviene grazie alla fede.

Ma ascolta a cosa conduce e vedi quanta sia la fede.

Dunque, anche voi, dice, *se rimanete nella mia parola*, in cui avete creduto,

*siete davvero miei discepoli.*

Soggiunse anche:

unus missus est, alter misit: quoniam missio incarnatio est, et ipsa incarnatio Filii tantum est, non et Patris.

Misit itaque Pater Filium, sed non recessit a Filio.

Non enim quo misit Filium, non ibi erat Pater. Ubi enim non est qui fecit omnia? ubi non est qui dixit: *Coelum et terram ego impleo?*

Sed forte Pater ubique, et Filius non ubique est?

Evangelistam audi: *In hoc mundo erat, et mundus per eum factus est.*

Ergo, inquit, *qui misit me,*

cuius auctoritate tamquam paterna incarnatus sum, *mecum est, non me reliquit.* Quare non me reliquit?

*Non me reliquit, inquit, solum quia ego quae placita sunt ei, facio semper.* Ipsa est aequalitas *semper*, non ex quodam initio et deinceps, sed sine initio, sine fine.

Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per genitum facta sunt tempora.

*7. Haec illo loquente, multi crediderunt in eum.*

Utinam et me loquente multi qui aliud sapiebant intellegant, et credant in eum. Quidam enim fortasse sunt in ista multitudine ariani. Non audeo suspicari esse sabellianos qui ipsum Patrem dicunt esse qui Filius est: haeresis quippe ista nimis antiqua est, et paulatim eviscerata. Arianorum autem adhuc videtur habere aliquas motiones quasi cadaveris putrescentis; aut certe, ut multum, quasi hominis animam agentis: oportet inde reliquos liberari, sicut inde multi liberati sunt. Et quidem ista civitas eos non habebat; sed posteaquam multi peregrini advenerunt, nonnulli et ipsi venerunt. Ecce haec Domino loquente multi Iudaei crediderunt in eum; ecce et me loquente Ariani credant, non in me, sed mecum.

**Magnum est quod incipit a fide.**

**8. Dicebat ergo Dominus ad eos qui crediderant in eum Iudaeos:**

*Si vos manseritis in verbo meo.* Ideo manseritis, quia initiati estis, quia et ibi esse coepistis. *Si manseritis, hoc est* in fide quae in vobis esse credentibus coepit; quo pervenietis? Vide quale initium, quo perducit.

Amasti fundamentum, culmen attende, et ex ista humilitate

aliam celsitudinem quaere. Fides enim humilitatem habet: cognitio et immortalitas et aeternitas non habet humilitatem, sed celsitudinem; erectionem, nullam defectionem, aeternam stabilitatem, nullam ab inimico expugnationem, nullum deficiendi timorem.

Magnum est quod incipit a fide; sed

contemnitur. Fundamentum solet etiam in aedificio ab imperitis contemni.

Fossa fit grandis, lapides quoquo modo passim mittuntur; nulla ibi expolitio, nulla pulchritudo apparet: quomodo nec in arboris radice, non apparet aliqua pulchritudo; totum tamen quidquid te delectat in arbore, de radice surrexit. Sed vides radicem, et non delectaris; vides arborem et miraris. Stulte, quod miraris, inde surrexit quo non delectaris. Parum aliquid videtur fides credentium, non habes stateram unde appendas.

Audi ergo quo perveniat, et vide quanta sit:

sicut et ipse Dominus alio loco dicit: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis.* Quid humilium, quid vehementius? quid minutius, quid ferventius?

Ergo et vos, ait, *si manseritis in verbo meo, in quo credidistis,*

quo perducemini?

*Vere discipuli mei eritis.*

Et quid nobis prodest?

<sup>105</sup> Gv 8, 29.

<sup>106</sup> Anche questa è, di fatto, citazione testuale di Gv 8, 29; in italiano viene evidenziata col corsivo.

<sup>107</sup> Gv 8, 29.

<sup>108</sup> Gv 8, 30.

<sup>109</sup> Mt 28, 19 Vulg.: “euntes ergo docete omnes gentes:”; Sabatier in nota: “Cantabrig. *ite nunc, docete* ..... [...] Tertul. l. de Bapt. p. 391. b. *ite, docete nationes*, [...] Cyprian. epist. 25 & 63. pp. 34. a. 110. b. *ite ergo, & docete gentes omnes* ... [...] Item in Conc. Carthag. apud Cyprian. p. 331. b. 333. c. *ite, & docete omnes gentes* [...] et infra [...] Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 358. b. *ite, docete gentes* [...] Julius Firm. l. de erro. prof. relig. c. 25. p. 174. f. *ite ergo, & docete omnes gentes* [...] Epiphani. in 2. 14. Cantici Cantic. *ite, docete omnes gentes* [...] Similiter Ambros. l. 5 de fide, to. 2. 572. b.” e altri. NCEI traduce: “Andate dunque e fate discepoli tutti i popoli”; ma il contesto del commento esige una diversa traduzione di “docete”.

<sup>110</sup> Gv 8, 31 Vulg.: “Dicebat ergo Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos: Si vos manseritis in sermone meo,”; VL: “... Si vos manseritis in verbo meo,”. Sabatier in nota attesta per il solo Agostino “Dominus” invece di “Isus”. Come si constata agevolmente, anche il periodo che precede è citazione testuale del v. 31; pertanto in italiano viene evidenziato col corsivo.

<sup>111</sup> “in quo credidistis”, pur riferendosi al v. 31, non è citazione testuale; pertanto in italiano non viene evidenziato col corsivo.

<sup>112</sup> Gv 8, 31.

<sup>118</sup> Tradurre “humilitas” è per me sempre più che problematico perché contempla sia l’essere a livello della terra che l’avere un animo umile; e in italiano non esiste vocabolo capace di questa estensione. Qui mi è parso possibile parlare di “situazione terrena”, ma con l’appello a non accantonare l’umiltà.

*Et cognoscetis veritatem.*<sup>113</sup>

Qui cognoscit veritatem, cognoscit Deum, quia Deus veritas est, dicente ipso Domino: *Ego sum via, veritas, et vita* (Joan. XIV).

Credamus ergo, ut cognoscamus veritatem: quia sine fide ad cognitionem veritatis nullus pervenire poterit. Quid est, quod cognituri sumus? *Illud quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* (I Cor. II). Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? Fides ergo est, quod non vides, credere. Veritas, quod credidisti, videre.

Quid est, quod videre nobis promittitur? *Dicit enim Dominus in alio loco, quid esset, quod visuri erimus. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum* (Joan. XIV).

Haec est promissio, haec est merces fidei,

quae per dilectionem operatur, haec est satietas, quam Psalmista optavit, dicens: *Satiabor, dum manifestabitur gloria tua* (Psal. XVI)<sup>114</sup>.

O Domine, fac nos digne amare te, et non amare saeculum:

*conoscete la verità.*

Chi conosce la verità, conosce Dio, perché Dio è la verità, come dice il Signore stesso: *Io sono la via, la verità e la vita.* (Gv 14, 6).

Crediamo, dunque, per conoscere la verità; perché, senza la fede, nessuno potrà pervenire alla conoscenza della verità. Che cos'è che conosceremo? *Quelle cose che occhio non vide, né orecchio udì, né mai entrarono in cuore di uomo* (1Cor 2, 9)<sup>119</sup>. Cos'è infatti, la fede, se non credere ciò che non vedi? La fede è credere ciò che non vedi. La verità è vedere ciò che hai creduto.

Cos'è che ci viene promesso di vedere? Infatti il Signore, in altro passo, dice cos'è che vedremo. *Chi ama me sarà amato dal Padre mio e anch'io lo amerò e mi manifesterò a lui* (Gv 14, 21).

Questa è la promessa, questa è la ricompensa della fede,

che si realizza nell'amore, questa è la sazietà, per cui ha optato il Salmista, dicendo: *Sarò saziato all'apparire della tua gloria* (Sal 16, 15).

O Signore, fa che ti amiamo degnamente, e non amiamo il secolo:

*Et cognoscetis veritatem.*

9. Quid promittit creditibus, fratres? *Et cognoscetis veritatem.* Quid enim? non illam cognoverant, quando Dominus loquebatur? si non cognoverant, quomodo crediderunt? Non quia cognoverunt crediderunt, sed ut cognoscerent crediderunt. Credimus enim ut cognoscamus, non cognoscimus ut credamus.

Quod enim cognituri sumus, *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? Fides ergo est, quod non vides credere; veritas, quod credidisti videre: sicut ipse quodam loco ait. Ideo Dominus prius ad faciendam fidem ambulavit in terra. Homo erat, humilis factus erat; ab omnibus videbatur, nec ab omnibus cognoscebatur; a multis reprobabatur, a turba occidebatur, a paucis dolebatur: sed tamen et ab eis a quibus dolebatur, nondum sicut erat agnoscebatur. Totum hoc quasi initium est lineamentorum fidei et structurae futurae. Quod Dominus ipse attendens quodam loco ait: *Qui diligit me, mandata mea custodit; et qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et ostendam meipsum illi.*

Quem qui audiebant, utique iam videbant; eis tamen, si diligebant, videndum se promittebat. Sic et hic: *Cognoscetis veritatem.* Quid enim? quod dixisti non est veritas? Veritas est, sed adhuc creditur, nondum videtur. Si maneat in eo quod creditur, pervenitur ad id quod videatur. Inde Ioannes ipse sanctus evangelista in Epistola sua: *Dilectissimi, inquit, filii Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus.* Iam sumus, et aliquid erimus. Quid plus erimus quam sumus? Audi: *Nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus.* Unde? *Quoniam videbimus eum sicuti est.*

Magna promissio; sed merces est fidei.

Quaeris mercedem, opus praecedat.

Si credis, mercedem exige fidei; si autem non credis, fidei mercedem qua fronte ipsam veritatem sicuti est; non per verba sonantia, sed per lucem splendentem, cum satiaverit nos, quod legitur in Psalmo: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Moneta Dei sumus, nummus a thesauro oberravimus. Errore detritum est quod in nobis fuerat impressum; venit qui reformat, quia ipse formaverat: quaerit et ipse nummum suum; sicut Caesar nummum suum; ideo ait: *Reddite Caesari quae Caesaris sunt, et Deo quae Dei sunt:* Caesari nummos, Deo vos ipsos. Tunc ergo exprimetur veritas in nobis.

**Amate mecum.**

10. Quid dicam Caritati vestrae? O si cor esset qualitercumque suspirans in illam ineffabilem gloriam! O si peregrinationem nostram in gemitu sentiremus, et saeculum non amaremus, et ad eum qui nos vocavit, pia mente perpetuo pulsaremus! Desiderium, sinus cordis est; capiemus, si desiderium quantum possumus extendamus. Hoc nobiscum agit Scriptura divina, hoc congregatio populorum, hoc celebratio sacramentorum, hoc baptismus sanctus, hoc cantica laudis Dei, hoc ipsa nostra disputatio, ut hoc desiderium non solum seminetur et germinet, verum etiam in modum tantae capacitatis augeatur, ut idoneum sit sumere quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Sed amate mecum. Non amat multum nummum, qui amat Deum. Et ego palpavi infirmitatem, non ausus sum dicere: Non amat nummum; sed, non multum amat nummum: quasi amandus sit nummus, sed non multum. O si Deum digne amemus, nummos omnino non amabimus! Erit tibi nummus instrumentum peregrinationis, non irritamentum cupiditatis; quo utaris ad necessitatem, non quo fruaris ad delectationem. Deum ama, si aliquid in te egit quod audis et laudas. Utere mundo, non te capiat mundus. Quod intrasti, iter agis, exiturus venisti, non remansurus: iter agis, stabulum est haec vita. Utere nummo, quomodo viator in stabulo utitur mensa, calice, urceo, lectulo, dimissurus, non permansurus. Si tales fueritis, erigite cor qui potestis, et audite me: si tales fueritis, ad eius promissa venietis. Non enim multum est ad vos, quia magna est manus eius qui vos vocavit.

<sup>113</sup> Gv 8, 32.

<sup>114</sup> Sal 16, 15 Vulg.: "satiabor cum apparuerit gloria tua."; VL: "satiabor dum manifestatur gloria tua."; Sabatier in nota: "Mozarab. vero cum Cassiod. hab. [...] *satiabor dum manifestabitur gloria tua.* Similiter in Miss. Rom. fer. 6. post Dom. 2. Quadr. ad Introit. Item apud Theodulf. Aurel. de ord. Baptis. ap. Sirm. to. 2. p. 968. b. praeter hoc, *cum manifestabitur.* Aug. in eund. Ps. [...] *satiabor dum manifestabitur,* &c. at l. 21. de civit. Dei. c. 24. to. 7. col. 644. e. *saturabor cum manifestabitur,* &c. Anonymus de Trin. apud Ambr. col. 336. c. [...] *satiabor dum manifestabitur mihi gloria tua.*". NCEI traduce: "mi sazierò della tua immagine.", che non mi sembra rendere adeguatamente il motivo della citazione.

<sup>119</sup> Cfr Is 64, 3.



ut valeamus ad illam libertatem pervenire, ad quam per cognitionem veritatis pervenitur, de qua subjunxisti, dicens:

*Et veritas liberabit vos.*<sup>115</sup> Quid est, liberabit vos? Liberos faciet. Denique Iudaei carnales, et secundum carnem iudicantes, non hi, qui crediderunt, sed in illa turba, qui erant, qui non credebant, injuriam sibi factam putaverunt, quia dixit eis: *Veritas liberabit vos*. Indignati sicut servos se esse significatos.

Et vere servi erant. Et exponit illis, quae sit servitus, et quae sit futura libertas, quam ipse promittit.

Nihil enim aliud est

dicere:

*Et veritas liberabit vos,*<sup>121</sup>

nisi liberos vos faciet: sicut nihil est aliud, salvat, nisi salvos facit. Audivimus ergo, quid libera veritas dixit, audiamus quid superba falsitas respondeat.

*Dixerunt ergo Iudaei: Semen Abrahae sumus, et nemini servivimus unquam: quomodo tu dicis, liberi eritis?*<sup>122</sup> Non enim dixerat Dominus, liberi eritis, sed *veritas liberabit vos*. In quo tamen verbo illi

così saremo in grado di pervenire a quella libertà, alla quale si perviene grazie alla conoscenza della verità, della quale soggiungesti, dicendo:

*e la verità vi farà liberi*. Che vuol dire, *vi libererà?* Farà liberi. Ora appunto i Giudei carnali, e che giudicavano secondo la carne, non quelli che avevano creduto, ma - in quella turba - quelli che non credevano, reputarono come un'ingiuria rivolta a loro il fatto che aveva detto loro: *la verità vi farà liberi*. Indignati per essere stati qualificati come schiavi. E in verità essi erano schiavi. Allora spiegò loro cosa sia la schiavitù, e cosa sia la futura libertà che egli promette.

Infatti non è nient'altro

dire:

*e la verità vi libererà,*

se non “vi farà liberi”; così come “salva”, è “fa salvi”. Abbiamo dunque ascoltato cosa disse la libera verità, ascoltiamo cosa risponda la superba falsità.

*Dissero dunque i Giudei: «Noi siamo discendenti di Abramo e non siamo mai stati schiavi di nessuno. Come puoi dire: “Diventerete liberi”?». Il Signore infatti non aveva detto: sarete liberi, ma: “la verità vi libererà”. In questa espressione tuttavia*

Vocavit, invocetur; dicatur illi: Vocasti nos, invocamus te; ecce audivimus vocantem, audi invocantes: perduc quo promisisti, perfice quod inchoasti; noli deserere munera tua, noli deserere agrum tuum, germina tua intrent in horreum. Abundant tentationes in mundo; sed maior est qui fecit mundum: abundant tentationes; sed non deficit qui in illo spem ponit, in quo defectus nullus est.

**11.** Ad hoc hortatus sum ista, fratres, quia libertas de qua loquitur Dominus noster Iesus Christus, non huius temporis est. Videte quid adiunxit: *Vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem,*

*et veritas liberabit vos*. Quid est, *liberabit vos?* Liberos vos faciet. Denique Iudaei carnales, et secundum carnem iudicantes, non hi qui crediderant, sed in illa turba qui erant qui non credebant, injuriam sibi factam putaverunt, quia dixit eis: *Veritas liberabit vos*. Indignati sunt servos se esse significatos.

Et vere servi erant: et exponit illis quae sit servitus, et quae sit futura libertas quam ipse promittit.

Sed de hac libertate et de illa servitute nimis longum est ut hodie disputemus.

## TRACTATUS XLI

*Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis* (Io 8, 31-36).

Haec spes nostra est, ut a libero liberemur, et liberando servos nos faciat; servi enim eramus cupiditatis, liberati servi efficimur caritatis.

**1.** Quod de lectione pristina sequitur, et de sancto Evangelio hodie nobis recitatum est, tunc distuli dicere, quoniam multa iam dixeram, et de libertate in quam nos vocat gratia Salvatoris, non praetereunter neque neglegenter fuerat disserendum: hinc hodie, Domino adjuvante, statuimus loqui vobis. Quibus enim loquebatur Dominus Iesus Christus, Iudaei erant, ex magna quidem parte inimici, sed etiam amici ex quadam parte iam facti, et futuri: nam quosdam ibi videbat, sicuti iam diximus, qui post eius passionem fuerant credituri. Hos intuens dixerat: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum*. Erant ibi etiam qui haec loquente illo continuo crediderunt; ipsis locutus est quod audivimus hodie: *Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant ei, Iudaeos: Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis*. Manendo eritis: quia enim nunc credentes estis, manendo videntes eritis. Ideo sequitur: *Et cognoscetis veritatem*. Veritas incommutabilis est. Veritas panis est, mentes reficit nec deficit: mutat vescentem, non ipsa in vescentem mutatur. Ipsa est veritas Verbum Dei, Deus apud Deum unigenitus Filius. Haec Veritas carne induta est propter nos, ut de Maria virgine nasceretur, et impleretur propheta: *Veritas de terra orta est*. Haec ergo Veritas cum Iudaeis loqueretur, latebat in carne: latebat autem non ut negaretur, sed ut differretur; differretur, ut in carne pateretur; in carne autem pateretur, ut caro peccati redimeretur. Stans itaque conspicuus secundum infirmitatem carnis Dominus noster Iesus Christus, et secundum maiestatem divinitatis occultus, dixit ad eos qui ei, eum haec loqueretur, crediderant: *Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis. Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et cognoscetis veritatem*, quae modo vos latet, et loquitur vobis.

*Et veritas liberabit vos.*

Hoc verbum Dominus a libertate posuit, *liberabit vos*.

Nihil est enim aliud

proprie liberat, nisi liberum facit. Quomodo salvat nihil est aliud quam salvum facit; quomodo sanat nihil est aliud quam sanum facit; ditat nihil est aliud quam ditem, id est, divitem facit: sic liberat nihil est aliud quam liberum facit. Hoc in verbo graeco planius est. Nam in latina consuetudine plerumque dicimus hominem liberari, quod ad libertatem non pertinet, sed tantum ad salutem: sicut quisquam dicitur liberari ab infirmitate; usitate dicitur, non tamen proprie. Sic autem posuit Dominus hoc verbum, ut diceret: *Et veritas liberabit vos*, ut in graeca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse.

**Veritas liberat nos a servitute peccati.**

**2.** Denique et Iudaei sic intellexerunt, *et responderunt ei*: non illi qui iam crediderant, sed illi qui in turba erant nondum credentes:

*responderunt ei: Semen Abrahae sumus, et nemini servivimus unquam; quomodo tu dicis: Liberi eritis?* Non autem dixerat Dominus:

*Liberi eritis*; sed: *Veritas liberabit vos*. In quo tamen verbo illi,

<sup>115</sup> Gv 8, 32.

<sup>121</sup> Gv 8, 32; NCEI traduce: “e la verità vi farà liberi”; ma il contesto del commento esige una traduzione letterale.

<sup>122</sup> Gv 8, 33 Vulg.: “Responderunt ei: ...”; VL: “Responderunt ergo Iudaei, dicentes: ...”.

nihil aliud intellexerunt, nisi libertatem carnalem; et extulerunt se, quod semen essent Abrahae, et dixerunt: *Semen Abrahae sumus, et nemini servivimus unquam: quomodo tu dicis, liberi eritis?*

O vana superbia, o falsa jactantia!

Quomodo verum dicitis: *Nemini servivimus unquam* (Gen. XXXVII)<sup>123</sup>. Joseph non est venundatus? Prophetæ sancti non sunt ducti in captivitate? Denique nonne ille ipse est populus, qui in Aegypto lateres faciebant (*Exod. I*), et operibus duris, non saltem in argento et auro, sed in luto serviebant? Si nemini servistis unquam, o ingrati, quid est, quod vobis assidue imputat Deus, quomodo vos de domo servitutis liberavit. An forte patres vestri servierunt, vos autem, qui loquimini, nulli servistis unquam?

Quomodo ergo solvitis tributum Romanis, unde et ipsi veritati laqueum quasi captionis proposuistis, ut diceretis: *Licetne reddere tributum Caesari?*

Ut si dixisset, Licet: teneretis eum quasi mallet oppressam libertatem seminis Abrahae. Si autem diceret, Non licet,

calumniaremini apud reges terrae, quod prohiberet regibus tributa persolvi; deinde prolato nummo victi estis, et captioni vestrae vos ipsi estis respondere compulsi. Ibi enim vobis dictum: *Reddite Caesari, quae Caesaris sunt, et Deo, quae Dei sunt*. Cum vos ipsi respondissetis, quod nummus haberet imaginem suam<sup>124</sup>:

sic Deus quaerit in homine suam;

nec alienum quid quaerit Deus ab homine, sed quod condidit in homine. Ideo enim Deus homo factus est, ut in homine reformaret quod in homine formavit. Ergo mentientibus, et de vana libertate tumentibus, quid responderit Dominus Judaeis, audiamus.

*Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati.*<sup>125</sup>

Quis non sub his verbis contremiscat?

Si omnis homo peccator, omnis homo servus peccati. Sed intentius audiamus, qualiter liberemur de hac servitute. Terrorem incutit, sed medicinam adhibet: nam ait Dominus: Amen, amen dico vobis.

Quid est amen, amen: nisi verum, verum dico vobis? Quod verbum nec Graecus interpres nec Latinus ausus est in aliam transferre linguam,

ut honorem haberent velamento secretae testificationis veritatis in Christo.

Veritas dicit: *Verum, verum dico vobis*.

Ingeminat ac replicat verbum veritatis, ut excitaret dormientes, intentos faceret audientes, ne contemneretur qui ait:

*Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati*. O miserabilis servitus, servire peccato, servire diabolo, qui peccati est auctor! Saepe homines malos dominos fugiunt, ne serviant malis; et non fugiunt peccatum, cuius servi sunt; et quanto felicius esset fugere peccatum, et servire homini libera conscientia?

essi non intesero altro che la libertà carnale, e si vantarono di essere discendenti di Abramo, e dissero: *Noi siamo discendenti di Abramo e non siamo mai stati schiavi di nessuno. Come puoi dire: “Diventerete liberi”?*

O vana superbia, o falsa iattanza!

Come potete dire: *non siamo mai stati schiavi di nessuno*: Giuseppe non fu venduto (cfr Gn 37, 28)? I santi profeti non furono ridotti in prigionia<sup>131</sup>? Infine, non è forse quel medesimo popolo che in Egitto costruiva mattoni e serviva con duri lavori, non almeno d’argento o d’oro, ma di fango (cfr Es 1, 14)? Se non avete mai servito nessuno, o ingrati, come mai Dio vi imputa assiduamente di avervi liberato dalla casa della schiavitù?<sup>132</sup> O forse sono stati schiavi i vostri padri, ma voi, che parlate, non avete mai servito nessuno? Come mai allora pagate il tributo ai Romani, tanto che alla verità stessa avete teso un laccio per farlo cadere, col dire: *è lecito, o no, pagare il tributo a Cesare?*<sup>133</sup> Così che, se avesse detto: “è lecito”, lo avreste ritruto uno che preferisce che la libertà della stirpe di Abramo sia oppressa. Se invece avesse detto: “non è lecito”, lo avreste calunniato presso i re della terra di proibire ai re la riscossione dei tributi; poi, presentata una moneta, siete stati vinti, e siete stati costretti a rispondere voi stessi al vostro tranello. Vi viene infatti detto: *Rendete dunque a Cesare quello che è di Cesare e a Dio quello che è di Dio*.<sup>134</sup> Avendo voi stessi risposto che la moneta aveva l’effigie di Cesare:

così Dio cerca la sua nell’uomo;

né è strano ciò che Dio cerca dall’uomo, ma [è] ciò che ha posto nell’uomo. Infatti Dio si è fatto uomo proprio per ripristinare nell’uomo ciò che aveva formato nell’uomo. Pertanto

ascoltiamo cosa rispose il Signore ai Giudei che mentivano ed erano tronfi di vana libertà.

*Amen, amen io vi dico: chiunque commette il peccato è schiavo del peccato.*

Chi non tremerà a queste parole?

Se ogni uomo è peccatore, ogni uomo è schiavo del peccato. Ma ascoltiamo con ancor maggiore attenzione in che modo saremo liberati da questa schiavitù. Incute terrore, ma arreca la medicina; infatti il Signore dice: *Amen, amen io vi dico*.

Cosa significa “amen, amen”, se non: “in verità, in verità vi dico”? Parola che nessun traduttore greco né latino ha osato tradurre in altra lingua,

come se avessero riguardo per la segreta testimonianza della verità in Cristo.

La Verità dice: *In verità, in verità io vi dico*.

Raddoppia e replica la parola della verità, per risvegliare chi dorme, rendere attento chi ascolta, perché non sia disprezzato lui che dice:

*Amen, amen io vi dico: chiunque commette il peccato è schiavo del peccato*. Oh, miserabile schiavitù:

servire il peccato, servire il diavolo, che è autore del peccato! Spesso gli uomini fuggono i cattivi padroni, per non servire al male; ma non fuggono il peccato, di cui sono schiavi; ma quanto sarebbe più felice fuggire il peccato, e servire l’uomo con

quia, sicut dixi, patet in graeco,

non intellexerunt nisi libertatem; et extulerunt se quod semen essent Abrahae, et dixerunt: *Semen Abrahae sumus; et nemini servivimus unquam; quomodo tu dicis: Liberi eritis?*

O pellis inflata! Non est ista magnitudo, sed tumor.

Et hoc ipsum secundum huius temporis libertatem

quomodo verum dixistis: *Nemini servivimus unquam?* Ioseph non est venundatus? Prophetæ sancti in captivitate non sunt ducti? Deinde, nonne ipse ille est populus qui in Aegypto lateres faciebat, et regibus duris non saltem in auro et argento, sed in luto serviebat? Si nemini servistis unquam, o ingrati,

quid est quod assidue vobis imputat Deus quod vos de domo servitutis liberavit? An forte patres vestri servierunt, vos autem qui loquimini, nemini unquam servistis?

Quomodo ergo solvebatis iam tributa Romanis, unde et ipsi Veritati laqueum quasi captionis proposuistis, ut diceretis: *Licet reddere tributum Caesari?*

ut si dixisset: Licet; teneretis eum quasi male optasset libertati seminis Abrahae: si autem diceret: Non licet;

calumniaremini apud reges terrae, quod prohiberet regibus tributa persolvi.

Merito prolato nummo victi estis, et captioni vestrae vos ipsi estis respondere compulsi.

Ibi enim vobis dictum est: *Reddite Caesari quae Caesaris sunt,*

*et Deo quae Dei sunt*; cum vos ipsi respondissetis quod nummus haberet imaginem Caesaris;

Quia sicut quaerit Caesar in nummo imaginem suam,

sic Deus quaerit in homine suam.

Haec ergo respondit Iudaeis. Movet enim me, fratres, hominum vana superbia, qui etiam de ipsa, quam carnaliter intellegebant, sua libertate mentiti sunt dicentes:

*Nemini servivimus unquam*.

3. Dominus autem quid responderit, hoc potius et intentius audiamus,

ne et nos ipsi servi inveniamur. Respondit enim eis Iesus:

*Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati*.

Servus est, utinam hominis et non peccati.

Quis non sub his verbis contremiscat?

Praestet nobis Dominus Deus noster, id est et mihi et vobis, ut pro sententia loquar de hac libertate appetenda, et de illa servitute vitanda. *Amen, amen dico vobis*, Veritas dicit: et quale est Domini Dei nostri dicere:

*Amen, amen dico vobis?*

Multum commendat quod ita pronuntiat; quodammodo, si dici fas est, iuratio eius est: *Amen, amen dico vobis*. Amen quippe interpretatur: Verum: et tamen non est interpretatum, cum potuisset dici: Verum dico vobis. Nec graecus hoc interpres ausus

est facere, nec latinus: nam hoc verbum quod est *Amen*, nec graecum est nec latinum, sed hebraeum. Sic mansit, non est interpretatum, ut honorem haberet velamento secreti:

non ut esset negatum, sed ne vilesceret nudatum. Nec semel tamen, sed bis a Domino dictum est: *Amen, amen dico vobis*. Iam quantum hoc commendatum sit, ex ipsa geminatione cognoscite.

4. Quid est ergo commendatum?

Verum, verum dico vobis, Veritas dicit;

quae utique etsi non diceret: Verum dico, mentiri omnino non posset: tamen commendat, inculcat; dormientes quodammodo excitat, intentos facit, contemni non vult. Quid dicens?

*Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati*. O miserabilis servitus!

Plerumque homines cum dominos malos patiuntur, venales se petunt; non quaerentes dominum non habere, sed saltem mutare; servus peccati quid faciat? quem interpellat? apud quem interpellat? apud quem se venalem petat?

<sup>123</sup> Sembraerebbe esserci qualcosina da sistemare. Anzitutto la segnalazione della citazione andrebbe posposta alla domanda che segue; e così provvedo in italiano. Poi la punteggiatura: sembrerebbe opportuno dover sostituire il punto con un “?” o i “:”; in italiano provvedo, adottando la seconda ipotesi.

<sup>124</sup> È decisamente migliore il testo di Agostino che propone “Caesaris”. “suam” potrebbe forse essere riferito a Dio, ma non certo a Cesare. In Italiano adotto la versione di Agostino.

<sup>125</sup> Gv 8, 34; NCEI traduce: “In verità, in verità ...”; ma il prosieguito del commento impedisce di aderire alla traduzione.

<sup>131</sup> Profeti maltrattati ce ne sono. Se cn “captivitas” si intende deportazione / schiavitù un riferimento scritturistico può forse essere 2Re 25, 18.

<sup>132</sup> cfr Es 13, 3; Deut 5, 6.

<sup>133</sup> Cfr Mt 22, 17; Mc 12, 14; Lc 20, 22; in Sabatier non ho reperito testimoni della versione proposta da Beda.

<sup>134</sup> Cfr Mt 22, 21; Mc 12, 17; Lc 20, 25; in Sabatier non ho reperito testimoni della versione proposta da Beda.

Deinde servus hominis aliquando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit. Servus peccati **quoquo** fugit, secum **id** trahit: quocumque fugerit, non fugit seipsum. Mala conscientia non est quo eat: sequitur se, imo non recedit a se: peccatum enim quod fecit, intus est. Fecit peccatum, ut aliquam corporalem caperet voluptatem: voluptas transit, peccatum manet, praeterit quod delectabat, remanet quod pungat: mala servitus. Aliquando fugiunt homines improbos dominos, volentes carere dominis, qui nolunt carere peccatis.

Quanto felicius deserat homo peccatum, **fugiat ad Christum, Deum liberatorem** **interpellat**?

Liberat ergo ab hac servitute peccati solus Dominus, qui illam non habuit: qui solus sine peccato venit in **mundum**.

**Ille** solus liberare potest de peccato, qui venit sine peccato, et factus est sacrificium pro peccato.

libera coscienza?

Poi, lo schiavo di un uomo, talvolta, stremato dalle dure imposizioni del suo padrone, trova pace nella fuga. Lo schiavo del peccato in qualunque luogo fugga, se lo porta dietro; dovunque fuggirà non fugge se stesso. La cattiva coscienza non ha dove andare: accompagna se stessa, anzi, mai si distacca da sè: infatti il peccato che ha commesso, gli è dentro. Ha commesso il peccato per procurarsi qualche piacere corporale; il piacere passa, il peccato rimane; è passato ciò che dava diletto, rimane il rimorso: una pessima schiavitù. Talvolta gli uomini fuggono i cattivi padroni, vogliono essere privi di padroni, loro che non vogliono essere senza peccati.

Quanto più felicemente l'uomo abbandonerebbe il peccato, si rifugerebbe in Cristo, si rivolgerebbe a Dio liberatore?

Libera dunque da questa schiavitù del peccato il solo Signore, che non l'ebbe: lui che, solo, senza peccato venne nel mondo.

Lui solo può liberare dal peccato, lui che è venuto senza peccato, e si è fatto vittima per il peccato.

Deinde servus hominis aliquando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit: servus peccati **quo** fugit? Secum **se** trahit quocumque fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quo eat, sequitur se; imo non recedit a se: peccatum enim quod facit, intus est. Fecit peccatum, ut aliquam corporalem caperet voluptatem: voluptas transit, peccatum manet; praeterit quod delectabat, remansit quod pungat. Mala servitus! Aliquando fugiunt homines

ad Ecclesiam, et plerumque eos patimur tamquam indisciplinatos: volentes carere dominis, qui nolunt carere peccatis.

Aliquando autem illicito iugo et improbo subiecti fugiunt ad Ecclesiam, quia retinentur ingenui ad servitutem, et interpellatur episcopus: et nisi curet operam impendere, ne ingenuitas opprimatur, immisericors deputatur. Ad Christum omnes fugiamus, contra peccatum Deum liberatorem interpellemus: venales nos petamus, ut eius sanguine redimamur. Dicit enim Dominus: *Gratis venundati estis, et sine argento redimemini*. Sine pretio, sed vestro; quia meo. Hoc Dominus dicit: ipse enim pretium dedit, non argentum, sed sanguinem suum. Nam nos et servi et egeni remanseramus.

**Liberat nos qui factus est sacrificium pro peccato.**

**5.** Liberat ergo ab hac servitute solus Dominus: qui illam non habuit, ipse de illa liberat;

solus enim in hac carne venit sine peccato.

Nam quos videtis in manibus matrum parvulos ferri, nondum ambulantes, et iam sunt compediti; traxerunt enim de Adam quod solvatur a Christo. Pertinet etiam ad ipsos, cum baptizantur, ista gratia quam Dominus pollicetur;

quia de peccato solus liberare potest, qui venit sine peccato, et factus est sacrificium pro peccato.

Audistis enim cum Apostolus legeretur: *Pro Christo*, inquit, *legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo*; id est, tamquam vos Christus obsecret. Quid? *Reconciliari Deo*. Si exhortatur et obsecrat Apostolus ut reconciliemur Deo, inimici eramus Deo. Nemo enim reconciliatur nisi ex inimicitiis. Inimicos autem nos non natura, sed peccata fecerunt. Unde inimici illius, inde servi peccati. Non habet Deus liberos inimicos; necesse est servi sint: et servi remanebunt nisi ab illo liberentur, cui peccando inimici esse voluerunt. *Obsecramus* ergo, inquit, *pro Christo, reconciliari Deo*. Quomodo autem reconciliamur, nisi solvatur quod inter nos et ipsum separat? Ait enim per prophetam: *Non gravavit aurem ne audiat, sed peccata vestra separant inter vos et Deum*. Quia ergo non reconciliamur nisi ablato quod in medio est, et posito quod in medio sit. Est enim medium separans, sed contra est mediator reconcilians; medium separans est peccatum, mediator reconcilians est Dominus Iesus Christus: *Unus enim Deus, et unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus*. Ut ergo tollatur maceria separans quod est peccatum, venit ille mediator, et factus est sacrificium sacerdos ipse. Et quia sacrificium factus est pro peccato, offerens seipsum in holocaustum in cruce passionis suae, sequitur Apostolus et dicit, cum dixisset: *Obsecramus pro Christo, reconciliari Deo*: quasi diceremus, quomodo poterimus reconciliari? *Eum*, inquit, id est ipsum Christum, *qui non noverat peccatum, peccatum pro nobis fecit, ut nos simus iustitia Dei in ipso*. *Eum* ipsum, inquit, Christum Deum, *qui non noverat peccatum*. Venit enim in carne, hoc est in similitudine carnis peccati, non tamen in carne peccati, non habens ullum omnino peccatum: et ideo factus est verum sacrificium pro peccato, quia nullum habebat ipse peccatum.

**6.** Sed forte de sensu meo dixi, quia *peccatum* sacrificium est pro peccato. Qui legerunt, agnoscant; qui non legerunt, non sint pigri: non sint, inquam, pigri ad legendum, ut veraces sint ad iudicandum. Cum de sacrificiis enim praeciperet Deus offerendis pro peccato, in quibus sacrificiis non erat expiatio peccatorum, sed umbra futurorum, eadem ipsa sacrificia, easdem ipsas hostias, easdem ipsas victimas, eadem ipsa animalia quae admovebantur mactanda pro peccatis, in quorum sanguine sanguis ille figurabatur, peccata Lex appellat: usque adeo ut in quibusdam locis scriptum sit ita, ut sacerdotes immolaturi ponerent manus suas super caput peccati, id est, super caput victimae immolandae pro peccato. Tale ergo *peccatum*, id est, sacrificium pro peccato, factus est Dominus noster Iesus Christus, *qui non noverat peccatum*.

**7.** Merito liberat ab hac servitute peccati ille qui dicit in Psalmis: *Factus sum tamquam homo sine adiutorio, inter mortuos liber*. Solus enim liber, quia non habebat peccatum. Ipse enim dicit in Evangelio: *Ecce venit princeps huius mundi*, diabolum significans venturum in Iudaeis persecutoribus; *ecce*, inquit, *venit, et in me nihil inveniet*. Non

Cum ergo omnis qui facit peccatum, servus sit peccati: quae sit spes nobis libertatis, audite.

*Servus autem, inquit, non manet in domo in aeternum.*<sup>126</sup> Ecclesia est domus, servus est peccator.

Non maneat homo in peccato, ne sit servus peccati. Ut possit manere in domo, id est, in Ecclesia, maneat in corpore capitis sui, ut sit filius, non servus.

Longe aliud est peccare, aliud manere in peccato. Qui manet in peccato, servus est peccati: qui fugit a peccato, servus erit iustitiae.

Terruit, ne peccatum amaremus: spem dedit,

ne de peccati solutione diffideremus. *Omnis, inquit, qui facit peccatum, servus est peccati.* Servus autem non manet in domo in aeternum.<sup>127</sup> Quae ergo nobis spes est, qui non sumus sine peccato? Audi spem tuam. Filius manet in aeternum.<sup>128</sup>

*Si ergo filius vos liberaverit, tunc vere liberi eritis.*<sup>129</sup>

Haec spes nostra, fratres, ut a libero liberemur, et liberando servos nos faciat.

Servi enim eramus cupiditatis: liberati efficitur servi charitatis.

Prima libertas est non permanere in peccato, servire iustitiae,

dicente Apostolo: *Cum servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae: nunc autem*

*habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam (Rom. VI)*<sup>130</sup>.

Dato che chiunque commette il peccato è schiavo del peccato, ascoltate quale sia per noi la speranza di libertà.

*Ora, lo schiavo, dice, non resta per sempre nella casa.* La Chiesa è la casa, lo schiavo è il peccatore.

L'uomo non rimanga nel peccato, per non essere servo del peccato. Per poter rimanere nella casa, cioè nella Chiesa, rimanga nel corpo del suo capo, per essere figlio, non servo. Ben altro è peccare, e altro rimanere nel peccato. Chi rimane nel peccato, è servo del peccato; chi fugge dal peccato, sarà servo della giustizia.

Ci ha atterriti: perché non amassimo il peccato; ci ha dato una speranza: perché non diffidassimo d'essere sciolti dal peccato. *Chiunque, dice, commette il peccato è schiavo del peccato. Ora, lo schiavo non resta per sempre nella casa.* Quale speranza c'è dunque per noi di non essere senza peccato? Ascolta la tua speranza. *Il figlio vi resta per sempre.*

*Se dunque il Figlio vi farà liberi, [allora] sarete liberi davvero.* Questa la nostra speranza, o fratelli: che siamo liberati da colui che è libero, e, liberandoci, ci faccia servi. Eravamo infatti schiavi della cupidigia; liberati, siamo fatti schiavi della carità.

La prima libertà è non permanere nel peccato, servire la giustizia,

come dice l'Apostolo: *Quando [...] eravate schiavi del peccato, eravate liberi nei riguardi della giustizia. Ora invece,*

*raccogliete il frutto per la vostra santificazione e come traguardo avete la vita eterna.* (Rm 6, 20. 22).

quomodo in eis quos occidit etiam iustos, invenit quaecumque peccatum, in me nihil inveniet. Et tamquam ei diceretur, si nihil in te inveniet, quare te occidet? Subiecit, et ait: *Sed ut sciant omnes quia voluntatem Patris mei facio, surgite, eamus hinc.* Non, inquit, mortem mei peccati necessitate persolvo, sed in eo quod morior, voluntatem Patris mei facio: plusque ibi facio quam patior, quia si nollem, nec passus essem. Habes illum alio loco dicentem: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Ecce vere in mortuis liber.

**Eris liber, si fueris servus.**

**8.** Cum ergo omnis qui facit peccatum, servus sit peccati, quae sit spes nobis libertatis, audite.

*Servus autem, inquit, non manet in domo in aeternum.* Ecclesia est domus, servus peccator est.

Intrant multi in Ecclesiam peccatores. Non ergo dixit: *Servus non est in domo; sed, non manet in domo in aeternum.* Si ergo nullus ibi servus erit, quis ibi erit? *Cum enim rex iustus sederit in throno, sicut Scriptura loquitur, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?* Multum nos terruit, o fratres mei, dicendo: *Servus non manet in domo in aeternum.* Adiungit autem, et dicit: *Filius autem manet in aeternum.* Ergo solus in domo sua erit Christus? nullus illi populus cohaerebit? Cui erit caput, si non erit corpus? An forte totum hoc Filius, caput et corpus? Non enim sine causa et terruit, et spem dedit:

terrui, ne peccatum amaremus; spem dedit,

ne de peccati solutione diffideremus: *Omnis, inquit, qui facit peccatum, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in aeternum.* Quae ergo nobis spes est, qui non sumus sine peccato? Audi spem tuam; *Filius manet in aeternum.*

*Si ergo vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.*

Haec spes nostra est, fratres, ut a libero liberemur, et liberando servos nos faciat:

servi enim eramus cupiditatis, liberati servi efficitur caritatis.

Hoc et Apostolus dicit: *Vos autem fratres in libertatem vocati estis; tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per caritatem servite invicem.* Non ergo dicat christianus: Liber sum, in libertatem vocatus sum: servus eram, sed redemptus sum, et ipsa redemptione liber effectus sum, faciam quod volo; nemo me prohibeat a voluntate mea, si liber sum. Sed si ista voluntate peccatum facis, servus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed utere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, si fuerit pia. Eris liber, si fueris servus; liber peccati, servus iustitiae:

dicente Apostolo: *Cum servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae: nunc autem*

*liberati a peccato, servi autem facti Deo,*

*habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.*

Hoc conemur, id agamus.

**Prima libertas est carere a criminibus.**

**9.** Prima libertas est carere criminibus. Intendite, fratres mei, intendite; ne forte possim perducere vobis ad sensum et qualis modo sit, et qualis futura sit ista libertas. Quemlibet valde iustum discutias in hac vita, quamvis iam sit dignus iusti vocabulo, non est tamen sine peccato: audi ipsum sanctum Ioannem, cuius et hoc Evangelium est, in Epistola sua dicentem: *Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est.* Solus hoc dicere potuit in mortuis liber, de solo dici potuit qui non noverat peccatum; de solo dici potuit: etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato. Solus dicere potuit: *Ecce veniet princeps mundi, et in me nihil inveniet.* Quemcumque alium licet iustum discussis, non omnimodo est sine peccato. Nec qualis erat Iob, cui Dominus tale testimonium perhibebat, ut diabolus invideret, et postularet tentandum, tentans superaretur, ut ille probaretur. Ideo autem ille probatus est, non quia latebat Deum coronandus, sed ut innotesceret hominibus imitandus. Etiam ipse Iob quid dicit? *Quis enim mundus? Nec infans, cuius est unius diei vita super terram.* Sed plane multi iusti dicti sunt sine querela, quod intellegitur sine crimine: nulla enim querela iusta est de his in rebus

<sup>126</sup> Gv 8, 35.

<sup>127</sup> Anche questa è citazione testuale, ripresa anche appena sopra; pertanto in italiano la evidenzio col corsivo.

<sup>128</sup> Gv 8, 35.

<sup>129</sup> Gv 8, 36 Vulg.: “si ergo vos filius liberaverit, vere liberi eritis.”; VL: “si ergo filius vos liberaverit, vere liberi eritis.”; Sabatier in nota: “Cantabr. *si ergo filius vos liberabis, [...]*” e attesta per “tunc” il solo Agostino. In italiano viene integrato.

<sup>130</sup> Rm 6, 20. 22 Vulg.: “Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. [...] nunc vero ...”; VL; “Cum enim servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae. [...] nunc vero ...”.

humanis, qui non habent crimen. Crimen autem est peccatum grave, accusatione et damnatione dignissimum. Non ergo Deus quaedam peccata damnat, quaedam iustificat et laudat: nulla laudat, odit omnia. Quomodo odit medicus aegritudinem aegroti, et id agit curando ut aegritudo pellatur, aeger levetur: sic Deus gratia sua hoc in nobis agit, ut peccatum consumatur, homo liberetur. Sed quando consumitur, inquires? Si minuitur, quare non consumitur? Minuitur autem in vita proficientium, quod in vita consumitur perfectorum.

**10.** Prima est ergo libertas, carere criminibus. Ideo et apostolus Paulus quando elegit ordinandos vel presbyteros vel diaconos, et quicumque ordinandus est ad praeposituram Ecclesiae, non ait: Si quis sine peccato est; hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur: sed ait: *Si quis sine crimine est*, sicuti est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, et caetera huiusmodi. Cum coeperit ea non habere homo (debet autem non habere omnis christianus homo), incipit caput erigere ad libertatem: sed ista inchoata est, non perfecta libertas. Quare, inquit aliquis, non est perfecta libertas? Quia *video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae: non enim quod volo ago, ait, sed quod odi illud facio*. Caro, inquit, *concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae vultis illa faciatis*. Ex parte libertas, ex parte servitus: nondum tota, nondum pura, nondum plena libertas, quia nondum aeternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem. Quidquid peccatum est a nobis, antea deletum est in Baptismo. Numquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remansisset, sine peccato hic viveremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus, nisi misericordia liberatoris indignus, nisi qui seipsum vult decipere, et in quo veritas non est? Ergo ex eo quod remansit aliquid infirmitatis, audeo dicere, ex qua parte servimus Deo, liberi sumus: ex qua parte servimus legi peccati, adhuc servi sumus. Unde dicit Apostolus quod dicere coeperamus: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem*. Ecce unde liberi, unde condelectamur legi Dei: libertas enim delectat. Nam quamdiu timore facis quod iustum est, non Deus te delectat. Quamdiu adhuc servus facis, te non delectat: delectet te, et liber es. Noli timere poenam, sed ama iustitiam. Nondum potes amare iustitiam? time vel poenam, ut pervenias ad amandam iustitiam.

**11.** Ergo iam ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat, unde dicebat: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem*. Delectat me lex, delectat me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia. *Video autem aliam legem in membris meis: haec est quae remansit infirmitas: repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis*. Ex hac parte sentit captivitatem, ubi non est impleta iustitia: nam ubi condelectatur legi Dei, non captivus, sed legis amicus est; et ideo liber, quod amicus. Quid ergo ex eo quod restat? Quid, nisi respiciamus ad illum qui dixit: *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis?* Denique et ipse qui loquebatur, ad illum respexit: *Infelix ego homo, quis me liberabit, inquit, de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*. Ergo *si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*. Denique ita conclusit: *Igitur ipse ego mente servio legi Dei, carne autem legi peccati*. Ipse ego, inquit: non enim duo sumus inter nos contrarii de diversis principiis venientes; sed ego ipse mente servio legi Dei, carne autem legi peccati, quamdiu languor obluctatur saluti.

**Mane in servitute Dei, in libertate Christi.**

**12.** Sed si carne servis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato*. Non ait: Non sit; sed: *Non regnet*. Quamdiu peccatum necesse est esse in membris tuis, saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet. Surgit ira? noli dare irae linguam ad maledicendum; noli dare irae manum aut pedem ad feriendum. Non surgeret ira ista irrationabilis, nisi peccatum esset in membris: sed tolle illi regnum, non habeat arma unde contra te pugnet; discet etiam non surgere, cum arma coeperit non invenire. *Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato*; alioquin toti captivi eritis, et non erit dicere: *Mente servio legi Dei*. Mens enim si teneat arma, membra non moventur in ministerium furentis peccati. Teneat arcem imperator interior, quia sub maiore imperatore iuvandus assistit; frenet iram, coerceat concupiscentiam. Inest tamen quod frenetur, inest quod coerceatur, inest quod teneatur. Quid autem volebat ille iustus mente serviens legi Dei, nisi ut omnino non esset quod frenaretur? Et hoc debet conari omnis qui tendit ad perfectionem, ut et ipsa concupiscentia cui non dantur ad obediendum membra, quotidie in proficiente minuatur. *Velle, inquit, adiacet mihi, perficere autem bonum non*. Numquid dixit: Non mihi adiacet facere bonum? Si hoc dixisset, spes nulla esset. Non ait: Non mihi adiacet

Perfecta vero libertas est, Deo Christo servire: illum diligere, qui vere nos liberavit: qui verus est Filius Dei, et dominus in forma servi: non servus, sed in forma servi dominus. Fuit quippe illa carnis forma servilis; sed quamvis esset similitudo carnis peccati<sup>135</sup>, non erat peccati: libertatem promisit credentibus in se. Iudaei vero, tanquam de sua libertate superbientes, dedignati sunt fieri liberi, cum essent servi peccati. Ideo autem se liberos esse dixerunt, quia semen Abrahae erant. Quid ergo eis ad haec respondit Dominus,

**audiamus.**

*Scio, inquit, quia filii Abrahae estis, sed quaeritis me interficere.*<sup>136</sup>

Agnosco carnis originem, non cordis fidem. *Filii Abrahae estis, sed secundum carnem. Ideo quaeritis me occidere, inquit.*

*Sermo enim meus non capit in vobis.*<sup>137</sup>

Id est, non habet locum in vobis.

Si sermo meus caperetur a vobis, caperet **utique vos**:

quid est ergo, *non capit in vobis*: **id est**, non capit cor vestrum? quia non recipitur a corde vestro.

Invero perfetta libertà è servire Dio Cristo: amare lui, che davvero ci ha liberato; che è vero Figlio di Dio, e signore in forma di schiavo: non schiavo, ma in forma di schiavo signore. Fu certo quella della carne forma servile; ma sebbene fosse simile alla carne del peccato, non era del peccato. Promise la libertà ai credenti in lui. I Giudei, però, orgogliosi della propria libertà, disdegnarono di diventare liberi, perché erano schiavi del peccato. Pertanto dissero di essere liberi, perché erano stirpe di Abramo. Cosa il Signore rispose loro riguardo a ciò, ascoltiamolo.

*So, disse, che siete discendenti di Abramo. Ma intanto cercate di uccidermi.*

Riconosco l'origine della carne, non la fede del cuore. *Siete discendenti di Abramo, ma secondo la carne. Per questo cercate di uccidermi, dice.*

*La mia parola non trova accoglienza in voi.*

Cioè, non ha posto in voi.

Se la mia parola fosse da voi accolta, di certo vi accoglierebbe;

Che vuol dire dunque: *non trova accoglienza in voi*, cioè: non prende il vostro cuore? perché il vostro cuore non l'accoglie.

facere, sed: *Non mihi adiacet perficere*. Quae est enim perfectio boni, nisi consumptio et finis mali? Quae est autem consumptio mali, nisi quod Lex dicit: *Non concupisces*? Omnino non concupiscere perfectio boni est, quia consumptio mali est. Hoc dicebat ille: *Perficere bonum non mihi adiacet*; quia non poterat facere ut non concupisceret: faciebat tantum ut concupiscentiam refrenaret, ut concupiscentiae non consentiret, et concupiscentiae membra ad satellitium non praeberet. *Perficere* ergo, inquit, *bonum non mihi adiacet*: non possum implere quod dictum est: *Non concupisces*. Quid ergo opus est? Ut impleas: *Post concupiscentias tuas non eas*. Hoc age interim quamdiu insunt illicitae concupiscentiae in carne tua: *Post concupiscentias tuas non eas*. Mane in servitute Dei, in libertate Christi; mente servi legi Dei tui. Noli te dare concupiscentiis tuis: sequendo eas, vires eis addis; dando eis vires quomodo vincis, quando contra te inimicos nutris viribus tuis?

**13.** Quae igitur libertas plena atque perfecta in illo Domino Iesu qui dixit: *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*; quando plena et perfecta libertas erit? Quando nullae inimicitiae, quando *novissima inimica destruetur mors. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem: cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Ubi est, mors, contentio tua?* Quid est: *Ubi est, mors, contentio tua?* Caro concupiscebat *adversus spiritum, et spiritus adversus carnem*, sed quando peccati caro vigeat. *Ubi est, mors, contentio tua?* Iam vivemus, iam non moriemur, in illo qui pro nobis mortuus est et resurrexit: *ut qui vivunt, inquit, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit*. Precemur medicum saucii, portemur in stabulum curandi. Ille est enim qui promittit sanitatem, qui miseratus est in via semivivum a latronibus derelictum: infudit oleum et vinum, curavit vulnera, levavit in iumentum, perduxit in stabulum, stabulario commendavit. Cui stabulario? Forte illi qui dixit: *Pro Christo legatione fungimur*. Dedit etiam duos nummos, qui impenderentur saucio curando: forte ipsa sunt duo praecepta, in quibus tota Lex pendet et Prophetiae. Ergo, fratres, et Ecclesia hoc tempore, in qua saucius sanatur, stabulum est viatoris: sed ipsi Ecclesiae sursum est haereditas possessoris.

## TRACTATUS XLII

*Ego ex Deo processi et veni. Neque a meipso veni, sed ille me misit* (Io 8, 37-47).

Verbum Patris venit ad nos, quia Verbum caro factum est ut habitaret in nobis. Adventus eius, humanitas eius; mansio eius, divinitas eius; divinitas eius quo imus, humanitas eius qua imus. Nisi nobis fieret qua iremus, numquam ad illum manentem perveniremus.

**Sermo Dei, tunc capit quando capitur.**

**1.** Dominus **noster etiam** in forma servi non servus, sed in forma **etiam** servi Dominus (fuit quippe illa carnis forma servilis, sed quamvis esset similitudo carnis peccati, non erat **caro** peccati), libertatem promisit credentibus in se: Iudaei vero tamquam de sua libertate superbientes, dedignati sunt fieri liberi, cum essent servi peccati. Ideo autem se liberos esse dixerunt, quia semen erant Abrahae. Quid ergo eis ad haec responderit Dominus,

**hodierna lectio eum recitaretur, audivimus.**

*Scio, inquit, quia filii Abrahae estis: sed quaeritis me interficere,*

*quia sermo meus non capit in vobis. Agnosco vos, inquit: filii Abrahae estis, sed quaeritis me interficere.*

Agnosco carnis originem, non cordis fidem. *Filii Abrahae estis, sed secundum carnem.*

Ideo, inquit, *quaeritis me occidere:*

*sermo enim meus non capit in vobis.*

Si sermo meus caperetur, caperet; **si caperemini,**

**intra retia fidei tamquam pisces concluderemini.**

Quid est ergo, *non capit in vobis*? Non capit cor vestrum, quia non recipitur a corde vestro.

Sic enim est sermo Dei, et sic esse debet fidelibus, tamquam pisci hamus; tunc capit quando capitur. Nec fit iniuria illis qui capiuntur: ad salutem quippe, non ad perniciem capiuntur. Unde Dominus discipulis suis ait: *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum*. Non ergo isti erant tales: et tamen filii Abrahae erant; filii hominis Dei,

<sup>135</sup> Cfr Rm 8, 3.

<sup>136</sup> Gv 8, 37.

<sup>137</sup> Gv 8, 37.

Audistis certe Dominum dicentem: *Scio quia filii Abrahae estis*; audite quid postea dicat:

*Ego, inquit, quod vidi apud Patrem meum, loquor; et vos quae vidistis apud patrem vestrum, facitis.*<sup>138</sup>

Quid autem faciunt? quod dixit eis: *Quaeritis me occidere*. Hoc apud Abraham nunquam viderant.

Dicit: *Quae vidi apud Patrem meum, loquor.*

Veritatem vidi, veritatem loquor; quia veritas sum. Si enim Dominus veritatem loquitur:

quia ipse est veritas Patris,

quam vidit apud Patrem: se vidisse loquitur, quia ipse est veritas Patris, quam vidit apud Patrem. Ipse est enim verbum, quod *Verbum erat apud Deum*.<sup>139</sup> Isti ergo malum quod faciunt, quod Dominus objurgat et corripit, ubi viderunt

apud patrem suum, cum audierimus in consequentibus apertius dictum qui sit eorum pater, tunc intelligemus qualia viderint apud talem patrem. Adhuc enim non nominat patrem ipsorum. Paulo superius Abraham commemoravit, sed carnis originem, non vitae similitudinem dicturus. Alterum, patrem illorum, qui nec genuit eos, nec creavit, ut homines essent, sed tamen filii erant ejus, in quantum mali erant, non in quantum homines erant, in quo imitati, non in quo creati.

*Responderunt, et dixerunt ei: Pater noster Abraham est.*<sup>140</sup> Quasi tu quid dicturus es contra Abraham; aut si aliquid potes, aude reprehendere Abraham: quia non Dominus non audebat reprehendere Abraham, sed talis erat Abraham, qui non reprehenderetur a Domino, sed potius laudaretur: tamen isti videbantur eum probare, ut aliquid mali diceret de Abraham, et esset occasio faciendi, quod cogitabant. *Pater noster, inquit, Abraham est.*

Audiamus quomodo eis respondit Dominus, cum illorum damnatione laudans Abraham:

sed, *Ego daemonium non habeo.* Duo quippe ei illata fuerunt: unum negavit, et aliud

Ciò che segue è terribile:

*Chi è da Dio ascolta le parole di Dio. Per questo voi non ascoltate: perché non siete da Dio.*

Se infatti colui che è da Dio ascolta le parole di Dio, e nessuno che non sia da lui può ascoltare le sue parole, ognuno di voi si interroghi se percepisce con le orecchie del cuore le parole di Dio, e capirà da dove sia. La verità impone di desiderare la patria celeste, contenere i desideri della carne, allontanarsi dalla gloria del mondo, non rapire le cose altrui, elargire le proprie. Ciascuno di voi pensi dunque fra sé se questa voce di Dio ha preso vigore nelle orecchie del suo cuore, e riconoscerà se ormai sia da Dio.

Dissero dunque i Giudei:

*«Non abbiamo forse ragione di dire che tu sei un Samaritano e un indemoniato?».*

Ma, ricevuta tanto grande ingiuria, ascoltiamo cos'abbia risposto il Signore:

*Io non sono un indemoniato: io onoro il Padre mio, ma voi non onorate me.*

Poiché, infatti, Samaritano si traduce custode<sup>192</sup>, ed egli è veramente custode; del che il Salmista dice:

*Se il Signore non vigila sulla città, invano veglia il custode.* (Sal 126, 1);

e siccome per mezzo di Isaia dice: *«Custode, quanto resta della notte? Custode, quanto resta della notte?».* (Is 21, 11)? Il Signore non volle rispondere:

non sono Samaritano;

ma, *Io non sono un indemoniato.* Gli furono dunque sottoposte due [possibilità]: una

**Quod ergo ait Dominus:**

*Qui est ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis;*

non naturarum merita discrevit, aut praeter suam animam et carnem, aliquam naturam in hominibus quae peccato vitata non esset, invenit: sed quoniam praescierat qui fuerant credituri, ipsos dixit ex Deo, quoniam regenerationis adoptione renascerentur ex Deo. Ad hos pertinet: *Qui est ex Deo, verba Dei audit.* Quod vero sequitur: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis;* eis dictum est, qui non solum peccato vitiosi erant (nam hoc malum commune erat omnibus), sed etiam praecogniti quod non fuerant credituri, ea fide qua sola possent a peccatorum obligatione liberari. Quapropter praesciebat illos quibus talia dicebat, in eo permansuros quod ex diabolo erant, id est, in suis peccatis atque impietate morituros, in qua ei similes erant; nec venturos ad regenerationem in qua essent filii Dei, hoc est ex Deo nati, a quo erant homines creati. Secundum hanc praedestinationem locutus est Dominus: non quod aliquem hominum invenerit, qui vel secundum regenerationem iam esset ex Deo, vel secundum naturam iam non esset ex Deo.

## TRACTATUS XLIII

*Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; vidit, et gavisus est* (Io 8, 48-59).

Abraham vidit et gavisus est. Quis explicat hoc gaudium? Si gavisus sunt illi quibus Dominus oculos carnis aperuit, quale gaudium fuit videntis cordis oculis lucem ineffabilem, Verbum manens, sapientiam indeficientem, apud Patrem manentem Deum, et aliquando in carne venturum, nec de Patris gremio recessurum?

**1.** In ista lectione sancti Evangelii, quae hodie recitata est, a potentia discimus patientiam. Quid enim sumus servi ad Dominum, peccatores ad iustum, creatura ad Creatorem? Tamen quomodo si quid mali sumus, a nobis sumus; ita quidquid boni sumus, ab illo, et per illum sumus. Et nihil sic quaerit homo quomodo potentiam: habet Dominum Christum magnam potentiam: sed prius eius imitetur patientiam, ut perveniat ad potentiam. Quis nostrum patienter audiret si alicui diceretur: *Daemonium habes?* Quod dictum est ei qui non solum homines salvabat, sed etiam daemonibus imperabat.

**2.** Hoc enim cum dixissent Judaei:

*Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es, et daemonium habes*

horum duorum sibi obiectorum unum negavit, alterum non negavit. **Respondit enim, et ait:**

*Ego daemonium non habeo.*

**Non dixit:**

**Samaritanus non sum:**<sup>195</sup>

et utique duo fuerant obiecta. Quamvis maledictum maledicto non reddiderit, quamvis convicium non convicio refutaverit; pertinuit tamen ad eum negare unam rem, alteram non negare. Non frustra, fratres.

Samaritanus enim interpretatur Custos.

Noverat se ille nostrum esse custodem. *Non enim dormit neque*

*dormitat qui custodit Israel:* et:

*Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt.*

**Est ergo ille custos noster, qui creator noster. Num enim pertinuit ad eum ut redimeremur, et non pertineret ut servaremur? Denique ut plenius noveritis mysterium quare se Samaritanum negare non debuit, parabolam illam notissimam attendite, ubi homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, et incidit in latrones, qui eum**

<sup>168</sup> Gv 8, 47.

<sup>170</sup> Gv 8, 48 Vulg.: “Responderunt ergo Iudaei, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et daemonium habes?”.

<sup>171</sup> Gv 8, 49. La seconda parte del versetto è citata da Agostino poche righe più avanti, al §3; evidenziata pari colore. Ad essa si lega la breve introduzione che la precede, evidenziata in ocr scuro in entrambi i testi.

<sup>172</sup> Sal 126, 1 Vulg.: “Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant qui custodit eam.”; Sabatier in nota: “Ambros. de parad. to. 1. 154. d. [...] *Nisi Dom. custod. Civit. In vanum vigilant qui custodiunt eam* [...] Hieron. [...] in Isai. 14. col. 163. a. *in vanum vigilant qui custodiunt eam*; [...] Hormisdas epist. 44. Conc. to. 4. col. 1496. c. *Nisi Dom. custod. Civit. In vanum vigilant qui custodiunt eam.* Cassiod. [...] *Nisi Dom. custod. Civit. In vanum vigilant qui custodiunt eam.* Fulg. ep. 3. p. 175. & epist. 4. p. 178. *In vanum vigilant, &c.* Psalt. Rom. cum Moz. [...] *in vanum vigilant qui custodiunt eam.*

<sup>173</sup> Sitratta di breve ripresa da Agostino, dove compare in questo §2 solo poche righe più sopra; evidenziata pari colori.

<sup>192</sup> Le traduzioni NCEI che subito fanno seguito per comprovare l’affermazione traducono “custos” con “sentinella”: nulla da eccepire. Tuttavia nella liturgia i vv. 3 e 4 del salmo 120 parlano di “custode”; pertanto ho optato per l’adozione di questa traduzione allineando i testi italiani.

<sup>195</sup> Questo breve passo, unitamente a ciò che lo introduce, è ripreso da Beda fra pochissime righe, evidenziate pari colori.

tacendo consensit.

Custos namque humani generis venerat; et si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit quod recognovit, et patienter repulit, quod dictum fallaciter audivit, dicens: *Ego daemonium non habeo.*

Hic vero in semetipso nobis Dominus patientiae praebuit exemplum, qui si respondere voluisset Judaeis, *Vos daemonium habetis*, verumque dixisset quia nisi impleti daemonio, tam perverse de Deo loqui non possent.

Sed accepta injuria, etiam quod verum erat, dicere veritas noluit, ne non dixisset veritatem, sed provocatus, contumeliam reddidisse videretur.

Ex qua re quid nobis innuitur? nisi ut eo tempore, quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium justae correptionis in arma vertatur furoris. Sed quid nobis ad ista faciendum sit, adhuc exemplo nos admonet, cum subjungit:

*Ego autem non quaero gloriam meam: est qui quaerat, et iudicet.*<sup>174</sup>

Scimus certe, quod scriptum est, quia

Pater omne iudicium dedit Filio (Joan. V);

l'ha negata, all'altra ha acconsentito tacendo.

Venne dunque [come] custode per il genere umano, e se avesse detto di non essere Samaritano, avrebbe negato di essere custode. Ma tacque ciò che riconobbe, e con pazienza respinse ciò che udì di detto con falsità, dicendo: *Io non sono un indemoniato.* Qui invero il Signore ci ha offerto in se stesso un esempio di pazienza: lui che se avesse voluto rispondere ai Giudei: “Voi siete indemoniati”, avrebbe pure detto il vero perché non avrebbero potuto parlare di Dio in modo tanto perverso se non fossero stati abitati dal demonio. Ma, ricevuta l'ingiuria, la verità non volle dire nemmeno ciò che era vero, perché non sembrasse che non dicesse la verità, ma, provocato, restituì l'ingiuria. Cosa ci viene suggerito da questo fatto? se non che, nel momento in cui riceviamo ingiurie dal prossimo a causa della falsità, tacciamo anche le sue vere malvagità, affinché il servizio della giusta correzione non si converta in arma del furore. Ma cosa dobbiamo fare per comportarci così, ce lo indica ancora con l'esempio, quando soggiunge:

*Io non cerco la mia gloria; vi è chi la cerca, e giudica.*

Certo lo sappiamo, perché è scritto che

*Il Padre [...] ha dato ogni giudizio al Figlio* (Gv 5, 22);

graviter vulnerantes, semivivum in via reliquerunt. Transiit sacerdos, neglexit eum; transiit Levites, et ipse praeteriit: transiit quidam Samaritanus, ipse est custos noster; ipse accessit ad saucium, ipse impendit misericordiam, eique se praestitit proximum, quem non deputavit alienum. Ad hoc ergo solum quod daemonium non haberet, non autem se Samaritanum non esse, respondit.

**3. Deinde post tale convicium**, hoc solum dixit de gloria sua:

*Sed honorifico*, inquit: *Patrem meum, et vos inhonorastis me.*<sup>196</sup>

Hoc est: Ego me non honorifico, ne vobis arrogans videar, habeo quem honorificem; sed si vos me agnosceretis, sicut ego honorifico Patrem, sic et vos honorificaretis me: ego facio quod debeo, vos non facitis quod debetis.

**4.** *Ego autem*, inquit, *non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet.*

Quem vult intellegi, nisi Patrem? Quomodo ergo alio loco dicit:

*Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio;*

et hic dicit: *Non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet?* Si ergo iudicat Pater, quomodo non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio?

**Duae sunt tentationes.**

**5.** Hanc quaestionem ut solvamus, attendite; simili locutione solvi potest. Scriptum habes: *Deus neminem tentat*; et iterum scriptum habes: *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum.* Nempe quaestio est, videtis. Quomodo enim *Deus neminem tentat*, et quomodo *tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum?* Item scriptum est: *Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem;* et alio loco scriptum est: *Timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi.* Et ipsa quaestio est. Quomodo enim, *perfecta caritas foras mittit timorem, si timor Domini castus permanet in saeculum saeculi?*

**6.** Intellegimus ergo duas esse tentationes; unam quae decipit, alteram quae probat: secundum eam quae decipit: *Deus neminem tentat*; secundum eam quae probat, *tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum.* Sed iterum et hic alia nascitur quaestio, quomodo *tentat ut sciat*, quem latere nihil potest antequam tentet. Non ergo Deus nescit: sed dictum est, *ut sciat*, quod est, ut scire vos faciat. Locutiones tales et in sermonibus nostris sunt, et in auctoribus eloquentiae reperiuntur. De sermone nostro aliquid dicam. Fossa caeca dicitur, non quia ipsa oculos perdidit, sed quia latendo non videntes facit. Aliquid et de illis auctoribus dicam. Tristes lupinos ait quidam, hoc est amarus: non quia ipsi sunt tristes, sed quia gustati contristant, hoc est, tristes faciunt. Sunt ergo et in Scripturis locutiones eiusmodi. Qui in talibus quaestionibus cognoscendis laborant, in solvendis talibus quaestionibus non laborant. Ergo *tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat*: quid est, *ut sciat?* Ut scire vos faciat, *si diligi is eum.* Iob latebat se, sed Deum non latebat; admisit tentatorem, et fecit cum sui cognitorem.

**Timor servilis et timor castus.**

**7.** Quid de duobus timoribus? Est timor servilis, et est timor castus; est timor ne patiaris poenam, est alius timor ne amittas iustitiam. Timor ille ne patiaris poenam, servilis est. Quid magnum est timere poenam? Hoc et nequissimus servus, hoc et crudelissimus latro. Non est magnum timere poenam, sed magnum est amare iustitiam. Qui ergo amat iustitiam, nihil timet? Timet plane: non ne incidat in poenam, sed ne amittat iustitiam. Fratres mei, credite, et conicite ex eo quod amatis. Amat aliquis vestrum pecuniam. Putas, invenio aliquem qui non amet? Ex hoc tamen ipso quod amat, intellegat quod dico. Timet damnum: quare timet damnum? Quia pecuniam diligit. Quantum amat pecuniam, tantum timet ne perdat pecuniam. Ergo invenitur aliquis amator iustitiae, qui plus in corde damnum pertimescat, qui plus timeat exspoliari iustitiam, quam tu pecunia. Ipse est timor castus, ipse permanet in saeculum saeculi: non eum tollit caritas, nec foras mittit, sed magis complectitur, et comitem tenet simul et possidet. Venimus enim ad Dominum, ut videamus faciem ad faciem: ibi timor castus nos servat; timor enim ille non perturbat, sed confirmat. Timet mulier adultera ne vir eius veniat, timet et casta ne vir eius abscedat.

**8.** Ergo sicut secundum aliam tentationem: *Deus neminem tentat*; secundum aliam vero, *tentat vos Dominus Deus vester*: et secundum alium timorem, *timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem*; secundum vero alium timorem,

<sup>174</sup> Gv 8, 50.

<sup>196</sup> Questa parte del v. 49 è citata da Beda, unitamente alla prima, poche righe più sopra; evidenziata pari colore.

et tamen ecce idem Filius injurias accipiens, gloriam suam non quaerit. Illicitas contumelias Patris iudicio reservat, ut nobis profecto insinuet, quantum nos esse patientes debemus, dum adhuc se ulscisci non vult et ipse qui iudicat. Cum vero malorum perversitas crescit, non solum frangi praedicatio non debet, sed etiam augeri: quod suo exemplo nos admonet, qui postquam habere daemonium dictus est, praedicationis suae beneficia largius impendit,<sup>175</sup>

**dicens:**

*Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum.*<sup>176</sup>

Sed sicut bonis necesse est, ut meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt, nam accepta praedicatione

**iterum dicunt:**

*Nunc cognovimus, quia daemonium habes.*<sup>177</sup>

Quia enim aeternae morti inhaeserant, eadem mortem cui inhaeserant, non videbant; dum solam mortis carnem aspicerent, in veritatis sermone caligabant, dicentes:

*Abraham mortuus est, et Prophetarum: et tu dicis, Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in aeternum?*<sup>178</sup>

Unde et ipsi veritati eundem Abraham et prophetas quasi venerantes praeferunt, sed aperta nobis ratio ostenditur, quod qui Deum nesciunt, Dei quoque famulos falso venerantur.

*Vos, inquit, dicitis, Daemonium habes; ego vos ad vitam voco: servate sermonem*

e tuttavia ecco che il Figlio stesso, ricevendo ingiurie, non cerca la sua gloria. Le contumelie illecite le riserva al giudizio del Padre, di certo per indicarci quanto dobbiamo essere pazienti, dato che ancora non vuole vendicarsi proprio lui che giudica. Quando invero la perversità dei malvagi cresce, non solo la predicazione non deve essere fiaccata, ma anzi accrescersi; cosa che col suo esempio ci indica, lui che, dopo esser stato detto indemoniato, più largamente ha speso i benefici della sua predicazione,

dicendo:

*In verità, in verità io vi dico: se uno osserva la mia parola, non vedrà la morte in eterno.*

Ma come ai buoni è necessario per diventare migliori esistere anche attraverso le contumelie, così sempre i reprobi diventano peggiori a causa dei benefici; infatti, ricevuta la predicazione,

di nuovo dicono:

*Ora sappiamo che sei indemoniato.*

Poiché infatti erano tutt'uno con la morte eterna, non vedevano quella morte cui aderivano; mentre vedevano la sola carne di morte, erano obnubilati nella verità del discorso, e dicevano:

*Abramo è morto, come anche i profeti, e tu dici: Se uno osserva la mia parola, non sperimenterà la morte in eterno?*

Per cui anch'essi alla verità preferiscono lo stesso Abramo e i profeti, quasi venerandoli, ma ci viene chiaramente mostrata la ragione per cui quelli che non conoscono Dio, pure falsamente venerano i famigli<sup>193</sup>.

Voi, afferma, dite: *sei indemoniato*; io vi chiamo alla vita: custodite la mia parola e

*timor Domini castus permanet in saeculum saeculi: sic et hoc loco, secundum alterum iudicium: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio; secundum vero alterum iudicium: Ego, inquit, non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet.*

**9.** Et de ipso verbo quaestio ista solvatur. Habes in Evangelio commemoratum poenale iudicium: *Qui non credit, iam iudicatus est*; et alio loco: *Veniet hora quando ii qui sunt in monumentis audient vocem eius, et procedent qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae; qui male egerunt, in resurrectionem iudicii*. Videte quemadmodum iudicium pro damnatione et poena posuit. Et tamen si semper iudicium pro damnatione acciperetur, numquid audiremus in Psalmo: *Iudica me, Deus?* Ibi iudicium secundum afflictionem, hic iudicium secundum discretionem positum est. Quomodo secundum discretionem? Quomodo exponit ipse qui ait: *Iudica me, Deus*. Lege enim et vide quid sequitur. Quid est: *Iudica me, Deus? et discerne causam meam*, inquit, *de gente non sancta*. Quod ergo dictum est: *Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta*; secundum hoc ait modo Dominus Christus: *Ego non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet*. Quomodo est qui quaerat et iudicet? Est Pater qui gloriam meam a vestra gloria discernat et separet. Vos enim secundum hoc saeculum gloriamini: ego non secundum hoc saeculum glorior, qui Patri dico: *Pater, glorifica me ea gloria quam habui apud te, antequam mundus esset*. Quid est, *ea gloria?* Ab humana inflatione discreta. Secundum hoc iudicat Pater. Quid est, iudicat? Discernit. Quid discernit? Gloriam Filii sui a gloria hominum; quia ideo dictum est: *Unxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis*. Non enim quia homo factus est, iam comparandus est nobis. Nos homines cum peccato, ille sine peccato: nos homines trahentes de Adam et mortem et delictum; ille de Virgine carnem mortalem, nullam iniquitatem. Denique nos nec quia volumus nati sumus, nec quamdiu volumus vivimus, nec quomodo volumus morimur: ille antequam nasceretur elegit de qua nasceretur, natus fecit ut a Magis adoraretur, crevit infans, et miraculis se Deum ostendebat, et infirmitate hominem praeferbat. Postremo elegit et genus mortis, hoc est, ut in cruce penderet, et ipsam crucem in frontibus fidelium figeret: ut dicat christianus: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*. In ipsa cruce quando voluit, corpus dimisit, et abscessit: in ipso sepulcro quamdiu voluit, iacuit; quando voluit, tamquam de lecto surrexit. Ergo, fratres, secundum ipsam formam servi, (nam illud quis digne loquitur: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum?*) secundum ipsam, inquam, formam servi multum interest inter gloriam Christi, et gloriam hominum caeterorum. De ipsa gloria dicebat, quando quod daemonium haberet audiebat: *Ego non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet*.

**10.** Tu autem de te, Domine, quid dicis?

*Amen, amen dico vobis; si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum.*

Vos, inquit, dicitis: *Daemonium habes*; ego vos ad vitam voco: servate sermonem meum, et non moriemini. Illi audiebant: *Mortem non videbit in aeternum, qui sermonem meum servaverit*; et irascebantur, quia iam mortui erant illa morte quae vitanda erat.<sup>197</sup>

*Dixerunt ergo Iudaei:*

*Nunc cognovimus quia daemonium habes.*

*Abraham mortuus est et Prophetarum, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in aeternum.*

Videte locutionem Scripturarum: *Mortem non videbit, id est, gustabit. Mortem videbit, mortem gustabit*. Quis videt? quis gustat? Quos oculos habet homo, ut videat quando moritur? Quando veniendo mors ipsos oculos claudit ne aliquid videant; quomodo dicitur, *non videbit mortem?* Item quo palato, quibus faucibus mors gustatur, ut quid

<sup>175</sup> Affianco questo passaggio al § 9 di Agostino in quanto lo ritengo latamente affine per il tema della glorificazione e del giudizio

<sup>176</sup> Gv 8, 51.

<sup>177</sup> Gv 8, 52.

<sup>178</sup> Gv 8, 52.

<sup>193</sup> Come ho annotato anche altrove, traduco così “famulus”, cioè i servi di famiglia, di casa.

<sup>197</sup> Beda lo utilizza qui, poche righe più avanti; evidenziato pari colore.

meum, et non moriemini. Illi audiebant: mortem non videbit in aeternum, qui servaverit sermonem meum, et irascebantur, quia jam mortui erant illa morte, quae vitanda erat:<sup>179</sup> nam illam mortem vitare non potuerunt, qua mortuus est Abraham, et prophetae, id est, carnis mortem. Nam Abraham Spiritu vivebat: et ideo de eo ipsa veritas ait alio loco:

*Non est Deus mortuorum, sed vivorum (Matth. XXII)<sup>180</sup>.*  
Quid est quod ait,

*Mortem non videbit in aeternum?*

id est,  
mortem damnationis cum diabolo, et angelis ejus.

Nam ista mors corporis migratio quaedam est sanctis ad meliorem vitam, impiis vero ad poenas perpetuas: quas hic mortis nomine veritas designare voluit.

Sed ista morte, quam Dominus vult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec prophetae mortui sunt. Illi enim mortui sunt, et vivunt: isti vivebant, et mortui erant.

Quem teipsum facis<sup>181</sup>, inquit: ut dicas, mortem non videbit in aeternum, qui servaverit sermonem meum, cum scias et Abraham mortuum, et prophetas mortuos?

non morirete. Quelli sentivano: *Chi osserva la mia parola, non vedrà la morte in eterno*, e si infuriavano, perché erano già morti di quella morte che è da evitare: infatti non poterono evitare quella morte di cui è morto Abramo e i profeti, cioè la morte della carne. Infatti Abramo viveva per lo Spirito; pertanto di lui la verità stessa dice in un altro passo:  
*Non è il Dio dei morti, ma dei viventi!* (Mt 22, 32).  
Cosa significa ciò che dice:

*Non vedrà la morte in eterno?*

cioè,  
la morte della dannazione assieme al diavolo e ai suoi angeli.

Infatti questa morte è una qualche migrazione: per i santi verso una vita migliore, per gli empi invece verso pene perpetue, che la verità ha voluto qui designare col nome di morte.

Ma di questa morte, che il Signore vuole intendere, né Abramo è morto, né i profeti sono morti. Quelli infatti sono morti, e vivono; questi vivevano, ed erano morti.

*Chi credi di essere*, replicano, per dire: Non vedrà la morte in eterno chi osserva la mia parola, dato che sai che Abramo è morto, e i profeti sono morti?

sapiat dignoscatur? Quando totum sensum tollit, quid in palato remanebit? Sed *videbit* dictum est et *gustabit*, pro eo quod est, experietur.

**Mors prima et mors secunda.**

**11.** Haec Dominus, parum est si dicam, morituris, loquebatur moriturus: quia *et Domini exitus mortis*, sicut loquitur Psalmus. Cum ergo et morituris loqueretur, et moriturus loqueretur,

quid sibi vult quod ait:

*Qui sermonem meum servaverit,*

*mortem non videbit in aeternum;*

nisi quia videbat Dominus aliam mortem, de qua nos liberare venerat, mortem secundam, mortem aeternam, mortem gehennarum, mortem damnationis cum diabolo et angelis eius?

Ipsa est vera

mors: nam ista migratio est.

Quid est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinae gravis: sed si alia sarcina non portetur, qua homo in gehennas praecipitur. De ipsa ergo morte Dominus dixit: *Mortem non videbit in aeternum, qui sermonem meum servaverit.*

**12.** Non expavescamus istam mortem, sed illam timeamus. Quod est autem gravius, multi perverse timendo istam, inciderunt in illam. Dictum est aliquibus: Adorate idola; quod si non feceritis, interficiemini: aut quemadmodum ille Nabuchodonosor dixit: *Si non feceritis, mittemini in caminum ignis ardentis*. Multi timuerunt et adoraverunt; nolentes mori mortui sunt: timendo mortem quae non evaditur, inciderunt in mortem quam evadere feliciter possent, si istam quae non evaditur, infeliciter non timerent. Natus es homo, moriturus es. Quo ibis, ut non moriaris? quid facies ut non moriaris? Ut Dominus tuus necessitate moriturum consolaretur, voluntate mori dignatus est. Quando vides Christum mortuum, dedignaris mori? Ergo moriturus es: qua evadas hoc, non habes. Hodie sit, cras sit; futurum est, debitum est reddendum. Quid ergo agit homo timens, fugiens, occultans se ne inveniatur ab inimico? Numquid agit ut non moriatur? Sed ut paulo serius moriatur. Non accipit debiti securitatem, sed postulat dilationem. Quantumlibet diu differatur, veniet quod differtur. Illam mortem timeamus quam timuerunt tres viri, quando dixerunt regi: *Potens est Deus etiam de ista flamma liberare nos; sed et si non*. Ibi fuit timor illius mortis, quam modo Dominus comminatur, quando dixerunt: *Sed et si noluerit* aperte liberare, potest in occulto coronare. Unde et ipse Dominus facturus martyres, et caput martyrum futurus ait: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, et postea non habent quid faciant*. Quomodo non habent quid faciant? Quid si cum occiderint, corpus bestiis lacerandum et diripiendum alitibus proiciant? videtur adhuc saevitia habere quod faciat. Sed cui facit? Qui migravit. Inest corpus, sed nullus est sensus: habitatio iacet, habitator abscessit. Ergo postea non habent quid faciant: non sentienti enim nihil faciunt. *Sed eum timete qui habet potestatem et corpus et animam occidere in gehenna ignis*. Ecce de qua morte loquebatur, cum diceret: *Qui sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum*. Servemus ergo, fratres, sermonem ipsius in fide; perventuri ad speciem, cum acceperimus plenissimam libertatem.

**13.** Isti autem indignantes mortui, et morti sempiternae praedestinati, respondebant conviciose, et dicebant: *Modo cognovimus quia daemonium habes. Abraham mortuus est et Prophetas*.

Sed ista morte quam Dominus vult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec Prophetas. Illi enim mortui sunt, et vivunt: isti vivebant, et mortui erant.

Nam respondens quodam loco Sadducaeis moventibus quaestionem de resurrectione, hoc ait ipse Dominus: *De resurrectione autem mortuorum non legistis*, quomodo ait Dominus de rubo ad Moysen: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob?* *Non est Deus mortuorum, sed vivorum.*<sup>198</sup>

Si ergo illi vivunt, laboremus sic vivere, ut cum illis vivere possimus cum mortui fuerimus.

*Quem teipsum facis*, inquit, ut dicas: *Mortem non videbit in aeternum, qui sermonem meum servaverit*; cum scias et Abraham mortuum et prophetas?

<sup>179</sup> Questo passo è presente in questo medesimo tractatus 43 di Agostino al §10, poche righe qui sopra; evidenziato pari colore.

<sup>180</sup> Mt 22, 32 Vulg.: “Non est Deus mortuorum, sed viventium.”; VL: “Non est Deus mortuorum, sed vivorum.”. si veda anche pari nota al cap. 11. Il v. è citato da Agostino sempre in questo tractatus 43 un poco oltre, al §13; evidenziato pari colore.

<sup>181</sup> Gv 8, 53. Essendo citazione testuale, in italiano la evidenzio col corsivo.

<sup>198</sup> Il v. è citato anche da Beda in questo capitolo, qualche riga più sopra in corrispondenza del §11; evidenziato pari colore.

*Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me*<sup>182</sup>. Hoc ait propter illud, quod dixerunt: *Quem teipsum facis?* Refert enim gloriam suam ad Patrem, de quo est quod Deus est.

Dicit Patrem suum Dominus Iesus Christus, quem illi dicebant **dominum** suum, et non cognoverunt. Si enim ipsum cognovissent, ejus Filium recepissent.

*Ego autem, inquit, novi eum.*<sup>183</sup> Secundum carnem iudicantibus potuit et hinc arrogans videri, quia dixit: *Ego novi eum*. Sed vide quid sequitur:

*Si dixero, Non novi eum, ero similis vobis, mendax.*<sup>184</sup> Ergo arrogantia non ita vitatur, ut veritas relinquatur.

*Sed scio eum, et sermonem ejus servo.*<sup>185</sup> Sermonem Patris tanquam Filium loquebatur, et ipse erat verbum Patris, quod hominibus loquebatur.

Et notandum, quod vidit eos Dominus aperta sibi impugnatione resistere, et tamen eis se iterata non desinit voce praedicare, dicens:

*Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum; vidit, et gavisus est.*<sup>186</sup>

Tunc quippe diem Domini

Abraham vidit:

cum in figura summae Trinitatis tres angelos hospitio recepit (*Gen. XXVIII*)<sup>187</sup>: quibus profecto susceptis, sic tribus quasi uni locutus est: quia etsi in personis numerus Trinitatis<sup>188</sup> est, in natura tamen unitas est divinitatis. Sed carnales mentes audientium, oculos a carne non sublevant: in eo solam carnis aetatem pensant, dicentes:

*Rispose Gesù: Se io glorificassi me stesso, la mia gloria sarebbe nulla. Chi mi glorifica è il Padre mio.* Questo disse a motivo di ciò che avevano detto: *Chi credi di essere?* Egli attribuisce la sua gloria al Padre dal quale ha l'essere Dio.

Cristo Signore dice suo Padre colui che essi chiamavano loro signore, però non lo conobbero. Se infatti lo avessero conosciuto, avrebbero accolto suo Figlio.

*Io invece, dice, lo conosco.* Ad essi che giudicavano secondo la carne, poté sembrare arrogante per questo, perché disse: *Io invece lo conosco.* Guarda però cosa segue:

*Se dicessi che non lo conosco, sarei come voi: un mentitore.* Dunque l'arroganza non va evitata così da abbandonare la verità.

*Ma io lo conosco e osservo la sua parola.* In quanto Figlio, egli proferiva la parola del Padre: ed egli stesso era il Verbo del Padre che parlava agli uomini.

E va notato, che il Signore li vide resistergli con aperta opposizione, e tuttavia non cessò di predicare loro con parole reiterate, dicendo:

*Abramo, vostro padre, esultò nella speranza di vedere il mio giorno; lo vide e fu pieno di gioia.*

Certo

Abramo vide

il giorno del Signore, allorché, ad immagine della somma Trinità, diede ospitalità a tre angeli (Gn 18, 1-8); accolliti, di certo parlò ai tre quasi [fossero] uno solo: perché, benché nelle persone la Trinità sia in numero [di tre], tuttavia nella natura è l'unità della divinità. Ma le menti carnali degli uditori, non levano gli occhi dalla carne: di lui vedono la sola età della carne, e dicono:

**14. Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me.** Hoc ait propter illud quod dixerunt: *Quem teipsum facis?* Refert enim gloriam suam ad Patrem, de quo est quod Deus est.

Aliquando Ariani et de isto verbo calumniantur fidei nostrae, et dicunt: Ecce maior est Pater, quia utique glorificat Filium. Haeretice, non legisti et ipsum Filium dicentem quod glorificet Patrem suum? Si et ille Filium glorificat, et Filius Patrem glorificat: pone perveraciam, agnosce aequalitatem, corrige perversitatem.

**Manichaei et marcionitate.**

**15. Est ergo, inquit: Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis: Quia Deus noster est, et non cognovistis eum.** Videte, fratres mei, quemadmodum ostendat ipsum Deum Patrem esse Christi, qui annuntiatus est et Iudaeis. Propterea dico, quia rursus quidam haeretici dicunt Deum annuntiatum in Veteri Testamento, non esse Patrem Christi; sed nescio quem principem malorum angelorum. Manichaei sunt qui ista dicunt: Marcionitae sunt qui ista dicunt. Sunt et alii fortasse haeretici, quos commemorare vel non opus est, vel a me omnes reoli in praesentia non possunt: non defuerunt tamen qui hoc dicerent. Itaque attendite, ut habeatis quid dicatis et contra ipsos.

Eum dicit Patrem suum Dominus Iesus Christus, quem illi dicebant **Deum** suum, et non cognoverunt: si enim ipsum cognovissent, eius Filium recepissent.

*Ego autem, inquit, novi eum.* Secundum carnem iudicantibus potuit et hinc arrogans videri, quia dixit: *Ego novi eum*. Sed videte quid sequatur:

*Si dixero quia non novi eum, ero similis vobis mendax.* Ergo arrogantia non ita caveatur, ut veritas relinquatur.

*Sed scio eum, et sermonem eius servo.* Sermonem Patris tanquam Filium loquebatur; et ipse erat Verbum Patris, quod hominibus loquebatur.

**Abraham vidit et gavisus est.**

**16. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum; et vidit, et gavisus est.**

Magnum testimonium perhibet Abrahae, semen Abrahae, creator Abrahae: *Abraham exultavit, inquit, ut videret diem meum.* Non timuit, sed *exultavit ut videret.* Erat enim in illo caritas quae foras mittit timorem. Non ait: Exultavit, quia vidit; sed, *exultavit ut videret.* Credens utique exultavit sperando, ut videret intellegendo. *Et vidit:* Et quid potuit plus dicere, vel quid debuit plus dicere Dominus Iesus Christus? *Et vidit, inquit, et gavisus est.* Quis explicat hoc gaudium, fratres mei? Si gavisus sunt illi quibus Dominus oculos carnis aperuit, quale gaudium fuit videntis cordis oculis lucem ineffabilem, Verbum manens, splendorem piis mentibus refulgentem, sapientiam indeficientem, apud Patrem manentem Deum, et aliquando in carne venturum, nec de Patris gremio recessurum? Totum hoc vidit Abraham.

Nam quod ait, *diem meum*, incertum potest esse unde dixerit; utrum diem Domini temporalem quo erat venturus in carne, an diem Domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Et ubi inveniam? An sufficere nobis debet testimonium Domini nostri Iesu Christi? Putemus nos invenire non posse, quia forte difficile est, quomodo manifestum sit quod Abraham *exultavit ut videret diem* Christi, *et vidit, et gavisus est.* Et si nos non invenimus, numquid mentiri veritas posset? Credamus veritati, et de Abrahae meritis minime dubitemus. Tamen audite unum locum, qui mihi interim occurrit. Pater Abraham quando misit servum suum, ut peteret uxorem filio suo Isaac, hoc eum sacramento obstrinxit, ut fideliter quod iubebatur impleret, et sciret etiam ipse quid faceret. Magna enim res agebatur, quando Abrahae semini coniugium quaerebatur. Sed ut hoc cognosceret servus quod noverat Abraham, quia nepotes non carnaliter desiderabat, nec de genere suo aliquid carnale sapiebat; ait servo suo quem mittebat: *Pone manum sub femore meo, et iura per Deum coeli.* Quid vult Deus coeli ad femur Abrahae? Iam intellegitis

<sup>182</sup> Gv 8, 54.

<sup>183</sup> Gv 8, 55.

<sup>184</sup> Gv 8, 55 Vulg.: “Si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax.”; Sabatier in nota: “Ms. vero S. Mart. habet, *Et si dixero quia non novi eum*; [...] Tertul. l. contra Prax. P. 854. c. legit [...] *Et si dicam Non novi*.”.

<sup>185</sup> Gv 8, 55.

<sup>186</sup> Gv 8, 56.

<sup>187</sup> In realtà Gn 18, 1-8. Sembrerebbe che “hospitio recepit” compaia in Vulg. solo in 1Tm 5, 10, quando san Paolo elenca le caratteristiche delle vedove.

<sup>188</sup> Qui Beda gioca con le possibilità di “trinitas”: “numerus trinitatis” è “il numero tre”, ma, con la maiuscola, diventa la SS. Trinità. Come rendere in italiano questa stratificazione?



*Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?*<sup>189</sup>

Quos benigne Redemptor noster a carnis suae intuitu submovet, et ad divinitatis contemplationem trahit, dicens:

*Amen, amen dico vobis, Antequam fieret Abraham, ego sum.*<sup>190</sup>

Ante enim praeteriti temporis est, sum praesentis. Et quia praeteritum et futurum tempus divinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: *Ante Abraham ego fui*, sed, *ante Abraham ego sum*. Unde et ad Moysen dicitur, *Ego sum, qui sum*: et *Dices filiis, Israel, Qui est, misit me ad vos* (Exod. III).

Ante ergo vel post, Abraham habuit, qui et accedere potuit per exhibitionem praesentiae, et recedere per cursum vitae. Veritas vero semper esse habet, quia ei quidquam nec priore tempore incipitur, nec subsequenti terminatur.

Sed sustinere ista aeternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt; et quem intelligere non poterant, obruere quarebant.

Quid autem contra furorem lapidantium Dominus fecit, ostenditur, cum protinus subinfertur:

*Jesus autem*

*abscondit se,*

*et exivit de templo.*<sup>191</sup> Mirum valde est, fratres charissimi, cur persecutores suos Dominus sese abscondendo declinaverit, qui si divinitatis suae potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut in poena mortis subitae obrueret. Sed quia pati venerat,

exercere iudicium nolebat. Certe sub ipso passionis tempore, et quantum poterat, ostendit, et tamen hoc, ad quod venerat, pertulit.

Nam cum persecutoribus suis se quaerentibus diceret: *Ego sum* (Joan. XVIII): sola hac voce eorum superbiam perculit, et omnes in terram stravit. Qui ergo hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo evadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines, et factus Redemptor noster, alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Qui autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut etiam, cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus?

*«Non hai ancora cinquant'anni e hai visto Abramo?».*

Benignamente il nostro Redentore li allontana dal considerare la sua carne, e li trae alla contemplazione della divinità, dicendo:

*«In verità, in verità io vi dico: prima che Abramo fosse, Io Sono».*

“Prima” infatti si riferisce al passato, “sono” al presente. E poiché la divinità non ha passato e futuro, ma le compete di essere sempre, non dice: “Prima di Abramo io fui”, ma, “prima di Abramo io sono”. Per cui anche a Mosè viene detto: *«Io sono colui che sono!»*; e: *«Così dirai agli Israeliti: “Io-Sono mi ha mandato a voi”»*. (Es 3, 14). Prima, dunque, o poi, ad Abramo capitò di poter esserci secondo la manifestazione della presenza, e di venir meno secondo il corso della vita. La verità, invece, ha [la prerogativa] di essere, perché nulla per lei ha inizio in un tempo precedente, né termina in uno successivo.

Ma poiché le menti degli infedeli non erano in grado di reggere queste parole di eternità, corrono alle pietre, e cercano di abbattere colui che non avevano potuto comprendere. Cosa peraltro fece il Signore contro il furore di chi lo lapidava, viene mostrato da ciò che fa subito seguito:

*Ma Gesù*

*si nascose,*

*e uscì dal tempio.* È davvero singolare, fratelli carissimi, che il Signore si svincolasse dai suoi persecutori nascondendosi, lui che, se avesse voluto avvalersi della potenza della sua divinità, ad un tacito assenso della mente li avrebbe bloccati coi suoi colpi<sup>194</sup>, o li avrebbe abbattuti con la pena di una morte subitanea. Ma, poiché era venuto per patire, non voleva avvalersi del giudizio. Certo, al momento stesso della sua passione ha mostrato anche quanto poteva, e, tuttavia, ha sopportato ciò per cui era venuto. Infatti, quando disse ai suoi persecutori che lo cercavano: *Sono io* (Gv 18, 6), con la sola voce trafisse la loro superbia, e fece stramazze tutti a terra. Lui, dunque, che in questo passo avrebbe potuto sfuggire senza nascondersi alle mani di chi lo lapidava, perché si nascose, se non perché, uomo tra gli uomini, e fatto nostro Redentore, altro ci dice con la parola e altro con l'esempio? Ma cosa ci dice con questo esempio, se non che, benché possiamo resistere, scansiamo umilmente anche l'ira dei superbi?

sacramentum: per femur, genus.

Ergo quae fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahae venturum in carne Deum coeli? Stulti reprehendunt Abraham, quia dixit: *Mitte manum sub femore meo*. Qui reprehendunt carnem Christi, reprehendunt factum Abrahae. Nos autem, fratres, si agnoscimus carnem Christi venerandam, illud femur non contemnamus, sed in prophetia dictum accipiamus. Etenim propheta erat Abraham. Cuius propheta? Seminis sui et Domini sui. Semen suum significavit dicendo: *Mitte manum sub femore meo*: Dominum suum significavit addendo, *et iura per Deum coeli*.

**17.** Irati Iudaei responderunt:

*Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti!*

Et Dominus:

*Amen, amen dico vobis; antequam Abraham fieret, ego sum.*

Appende verba, et cognosce mysterium. *Antequam Abraham fieret*. Intellege, *fieret* ad humanam facturam, *sum* vero ad divinam pertinere substantiam. *Fieret*, quia creatura est Abraham. Non dixit: *Antequam Abraham esset*, ego eram; sed: *Antequam Abraham fieret*, qui nisi per me non fieret, *ego sum*. Neque hoc dixit: *Antequam Abraham fieret*, ego factus sum: *In principio enim fecit Deus coelum et terram*: nam *in principio erat Verbum*. *Antequam fieret Abraham, ego sum*. Agnoscite Creatorem, discernite creaturam. Qui loquebatur, semen Abrahae factus erat; et ut Abraham fieret, ante Abraham ipse erat.

**18.** Hinc iam velut Abrahae apertissimo convicio commoti sunt acrius. Blasphemasse quippe illis visus est Dominus Christus, quoniam dixit: *Antequam Abraham fieret, ego sum*. *Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum*. Tanta duritia quo curreret, nisi ad similes?

*Jesus autem,*

tamquam homo, tamquam in forma servi, tamquam humilis, tamquam passurus, tamquam moriturus, tamquam nos suo sanguine redempturus: non tamquam ille qui est, non tamquam in principio Verbum, et Verbum apud Deum. Nam cum illi lapides tulerunt ut mitterent in eum, quid magnum erat ut eos continuo dehiscens terra sorberet, et pro lapidibus inferos invenirent? Non erat magnum Deo: sed magis erat commendanda patientia, quam exserenda potentia.

*Abscondit se*

ergo ab eis, ne lapidaretur. Tamquam homo a lapidibus fugit: sed vae illis a quorum lapideis cordibus Deus fugit!

<sup>189</sup> Gv 8, 57.

<sup>190</sup> Gv 8, 58.

<sup>191</sup> Gv 8, 59.

<sup>194</sup> Sembra immagine mutuata da qualche disciplina sportiva, quale la lotta; e indica l'avere ragione dell'avversario.